Inc. *Vestra novit intentio.* Expl. *alterius saporis inquinamenta permanebunt.* — Membr. in 4. sec. XV. Olim Nic. Heinsii ex dono And. Cavalcantii. (10, 5. *Ms. Aug.* 4.)

134. — iidem libri.

Membr. 10 folior. in fol. per Bricium Briton. a. 133 exaratus, quod patet ex collatione cum co Gud. 15. quocum olim cohaesit. (*Gud.* 17.)

135. — iidem libri.

Chart. in 4. a. 1471 exaratus. (*Helmst.* 608.)

136. — liber de summa et beatissim trinitate.

Praeit praef. ad Joannem archidiac. quae inc. *In stigatam diutissime quaestionem.* Liber ip inc. *Christianae religionis reverentiam.* — Ch

in 4. a. 1463 exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

137. — indago quaestionis, an pater, filius et spiritus S. de deo substantialiter praedicentur.

Inc. *Quaero an pater et filius et spiritus sanctus.* — Chart. in 4. a. 1463 exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

138. — liber de hebdomadibus ad Johannem archidiac.

Inc. *Postulas a me.* — Chart. in 4. a 1463 exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

139. — tractatus de summo bono.

Inc. *Cum in omni specie.* — Chart. in 4. a. 1463. exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

140. — excerpta ex Boethio.

Chart. in 4. sec. XV. Occupant in hoc codice miscellaneo fŏlia 56a, 115a et 285a, sed exigui sunt pretii. (*Gud.* 253.)

141. BRUTI epistolae.

Inc. *Audio vos Dolabellae dedisse pecunias.* — Chart. in 4. sec. XV. Florentiae exaratus. Olim abbatiae Florentinae. (17, 21, 2. *Ms. Aug.* 4.)

142. BRYENNII, *Manuelis*, ἁρμονικῶν βιβλία γ.

Inc. Ἐπειδήπερ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἐπιζήμιην. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 4.)

C.

143. CAESARIS opera, in novae editionis subsidium aptata a Theodoro de Juges.

Exemplar editionis cujusdam typis excusae chartâ purâ distinctum, in cujus singulis paginis monetur typotheta, quae notae variorum interpretum et quo loco sint adjiciendae. Quae quum primis tantum verbis indicatae sint nec nisi ex libris editis depromtae, nullum omnino usum habent haec volumina, si excipias indicem satis plenum in Caesaris opera, qui in fine Vol. tertii reperitur. — Chart. in fol. obl. sec. XVII. tribus voluminibus constans. (5, 6, 2. item 5, 6, 1. et 4, 3, 1. *Ms. Aug.* fol.)

144. — de bello gallico libri VIII.

Inscribitur opus in hoc codice: *Commentator C. Julii Caesaris de bello gallico liber primus incipit feliciter. Julius Celsus V. C. emendavit.* In litera initiali libri I. manus sec. XVII. notavit: *Opus hocce Constantinopoli repertum et inde in Germaniam delatum Tubingae* 1621. *cal. Januarii dono accepi, quum emissem Mss. Ovidii et Virgilii, eodem advecta.* De qua narratione quid statuendum sit, nescio; hoc scio, codicem exaratum esse aut in Germania infe-

riore aut in Belgio, testante litera ψ, quae in charta inest. Postea fuit Henrici Alberti Hamilthonii. — Chart. in fol. sec. XV. (*Blankenburg.* 138.)

145. — de bello gallico fragmentum (Lib. I. ex cap. 18. et 29.)

Membr. duorum folior. in 4. sec. XIV. (*Extrav.* 240, 1.)

146. — divi Caesaris carmen, ut quidam volunt.

Inc. *Quanti tua est probitas.* — Chart. in fol. a. 1461. per J. Carpensem Ferrariae exaratus. (*Helmst.* 338.)

147. CAESARII quaestiones theologicae et philosophicae, graece.

Inc. Ὁι τὴν μεγάλην. — Chart. in fol. sec. XV. a J. Leunclavio a. 1589 Julio duci Brunsv. dono oblatus. (*Helmst.* 467.)

148. CANONES. Ὁι ἱεροὶ καὶ θεῖοι κανόνες κατ' ἐπιτομήν.

Primus canon est περὶ ἐπισκόπων, et inc. Ἐπίσκοπος ὑπὸ δύοιν ἢ τριῶν ἐπισκόπων χειροτονείσθω. — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 663.)

149. CAPELLA, *Marcianus.* De nuptiis philologiae et Mercurii libri IX.

Membr. in fol., sec. XIII. luculenter exaratus. (*Gud.* 62.)

150. — ejusd. operis lib. I. et II.

Membr. in 4. sec. XIV. (41, 7. *Ms. Aug.* 4.)

151. — ejusd. operis lib. I. et II.

Membr. in 4. praestantissimus, sec. X. (*Gud.* 133.)

152. — ejusd. operis lib. II. et III.

Tertius liber primo loco positus est. — Membr. in 8. sec. XIII. Olim monasterii S. Michaelis in Hildesheim. (68, 16. *Ms. Aug.* 4.)

153. — excerpta ex Marc. Capella.

Insunt versus omnes librorum de nuptiis philologiae, et excerpta de astronomia. — Membr. in 4. sec. X. (*Gud.* 132.)

154. — excerpta ex Marc. Capella de musica (fol. 1–7, 80–84 et 130–134), de rhetorica (fol. 85–111), de dialectica (fol. 136–156), de arithmetica (fol. 157–176), de astrologia (fol. 180–185), de geometria (fol. 185–203), de philologia (fol. 203–205.)

Chart. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. (*Gud.* 253.)

155. — excerpta de commento *Remigii* in M. Capellam.

Membr. in 8. sec. X. (*Gud.* 335.)

156. — *Remigii* Antissiodorensis glossae in libros V. priores de nuptiis philol. et Merc.

Inc. *Titulus iste IV nomina dat autori suo. Nam Martianus suum est ipsius autoris proprium.* — Membr. in 4. sec. XI. in fine mutilus. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 180.)

157. CASSIODORII variarum libri XI.

Ordo librorum in hoc cod. servatus differt ab edit. Genevensi. In fine tres diversae, sed coaevae, manus notarunt, simile volumen Cassiodorii inveniri in libraria collegii portae coeli in Erfordia et esse *volumen in Rhetorica* 13 *illius collegii.* Tum: *Simile exemplar est apud fratres Augustinenses in Colonia scriptum in pergameno in magno volumine et magno textu in litera Anglicana.* Tertia denique manus monet, simile exemplar membranaceum esse in libraria fratrum minorum Coloniae. — Chart. in fol. min. sec. XV. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 95.)

158. — epistolarum libri XII.

Membr. in 4. sec. XIII. (12, 11. *Ms. Aug.* 4.)

159. CATONIS, *Dion.*, distichorum libri III.

Membr. in 4., sec. XVI. ineunte in Gallia exaratus. (*Gud.* 280.)

160. — disticha in libros IV. distincta.

Ultimum distichon, quod in aliis codd. deest, sic se habet:

Qui cupis esse bonus et vis cognoscere verum
Ut mortis socium sic mordax effuge vino.

Membr. in fol. min. sec. XIII. (87, 5. *Ms. Aug.* fol.)

161. — disticha cum comm. Ph. de Pergamo.

Chart. in fol. a. 1464. exaratus. (36, 21. *Ms. Aug.* fol.)

162. — disticha cum comm. Ph. de Pergamo.

Chart. in fol., a. 1464. exaratus Soltwedeliae per Georg. Burmester de Kottorpe. (38, 9. *Ms. Aug.* fol.)

163. — disticha cum paraphrasi et moralisationibus Roberti de Ouromedio (Euremodio), monachi Claraevallensis.

Praeit epistola ad Petrum de Saliciis, quae inc. *Tua supplicavit postulatio.* Commentarius ipse inc. *Naturalis ratio legalis institutio.* — Hunc commentarium excipit alia glossa anonymi auctoris, quae illo est brevior et melior, et inc. *Ductus orationis oraculo astrorum.* — Chart in 4. a. 1451. Erfordiae exaratus per Andr. Sotefleseh. (*Helmst.* 622.)

164. — glossa in Catonis disticha.

Inc. *Duo leguntur fuisse Catones.* — Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 155.)

165. — disticha in altdeutschen Reimen.

Membr. in 8. sec. XV. (56, 11. *Ms. Aug.* 8.)

166. — heir heuet sich an Chatho.

Prologus inc.

Got here vorluchte mynen sin
Vnde ghut do wisheyt aldar in.

Versio ipsa inc.

Do ik bewegede minen mot
It duchte mi wol wesen gut.

Explicit:

Dat scaltu maken sere vecht
Su so bistu godes knecht.

Chart. in fol. sec. XV. in Saxonia infer. exaratus. (*Helmst.* 417.)

167. CATO, *Valer.* Dirae.

Chart. in fol. a. 1450 exaratus ab H. Hopf. (*Helmst.* 332.)

168. CATULLI carmina.

Membr. in 12. sec. XV. medio in Italia exaratus ab eodem Clemente Salernitano, qui scripsit cod. 63, 5. Ms. Aug. 12. (65, 2. *Ms. Aug.* 12.)

169. — eadem.

Membr. in 8. sec. XVI. ineuntis. (*Gud.* 283.)

170. — eadem.

Membr. in 8. sec. XVI. ineuntis. (*Gud.* 332.)

CHALCIDIUS *v.* PLATO.

171. CHRONICA. Χρονικὴ κατὰ ἐπιτομήν.

Inc. Ὁ Ἀδὰμ, ὅτε ἐγέννησε τὸν Σὴθ, ἦν ἐτῶν σλ. Series imperatorum graecorum procedit usque ad Joannem Palaeologum. Accedit segmentum de mensibus Atheniensium. Cf. catal. Gudianum p. 542. num. 73. — Membr. in 4. maj. sec. XV. (*Gud. gr.* 43.)

172. CHRYSOLORAS, *Emman.* Erotemata grammaticae graecae.

Inc. Εἰς πόσα διαιροῦνται. — Membr. in 8. sec. XV. (76, 2. *Ms. Aug.* 8.)

173. — eadem.

Chart. in 4. sec. XV. (38, 3. *Ms. Aug.* 4.)

174. — eadem, omisso nomine auctoris.

Membr. in 8. sec. XV. (*Gud. gr.* 105.)

175. CHRYSOSTOMUS, *J.* Ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Ἡσαιὰν.

Inc. Τοῦ προφήτου τούτου τὸ ἐξαίρετον. — Membr. in 4. sec. XII. (*Gud. gr.* 50.)

176. — ἑρμηνεία τοῦ κατὰ Ματθαίον εὐαγγελίου.

Membr. praestantissimus in fol., sec. VIII. aut IX.

literis uncialibus binisque columnis exaratus. Accentus et spiritus maximam partem omissi sunt; ubi vero inveniuntur, sunt a prima manu. (*Helmst.* 75 a.)

177. — *ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολήν.*

Chart. in fol. a. 1528 exaratus per Nic. Cannium, familiarem Erasmi Roterodami, procul dubio in usum Erasmi, qui passim in margine emendationes posuit. (*Gud. gr.* 10.)

178. — *ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους πρώτην ἐπιστολήν.*

Membr. in fol. sec. XIII. (*Gud. gr.* 17.)

179. CHRYSOPOEIA. De chrysopoeia tractatus antiquissimorum philosophorum, graece et latine. Insunt autem:

a) *Democriti Φυσικὰ καὶ μυστικά.* — Inc. Ἡ *Φύσις τῇ Φύσει τέρπεται.*

b) *Synesii ἐπιστολὴ πρὸς Διοσκόρον.* — Inc. Τῆς *πεμφθείσης μοι ἐπιστολῆς.*

c) *Pelagii* philosophi *περὶ τῆς θείας ταύτης καὶ ἱερᾶς τέχνης.* — Inc. Οἱ *μὲν προγενέστεροι.*

d) *Stephani* Alexandrini *περὶ χρυσοποιΐας.* — Inc. *Θεὸν τῶν πάντων ἀγαθῶν.*

e) *Pselli ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ξιφιλίνον περὶ χρυσοποιΐας.* — Inc. Ὁρᾷς, *ὦ δέσποτα.*

f) *Hostanis* philosophi *πρὸς Πετάσιον περὶ τῆς ἱερᾶς ταύτης ἢ θείας τέχνης.* — Inc. *Τῆς φύσεως δὲ τὸ ἄπρεπτον.*

g) *Democriti Φυσικὰ καὶ μυστικά.* — Inc. *Βασλοὼν εἰς λιτ. ᾱ.* Est initium libri superioris (vid. litt. a), hoc loco ex alio, ut videtur, codice suppletum.

h) *Heliodori* philosophi *πρὸς Θεοδόσιον τὸν μέγα βασιλέα περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης διατριχῶν ἰάμβων.* — Inc. *Σκῆπτρα γαίης μέδοντες ὡς πᾶν ἐμφάνει.*

Chart. in fol. sec. XVII. Adjecta est versio latina, exceptis tribus postremis libris, qui ab alia manu exarati illa carent. Omnia videntur transscripta cura Eliae Ehingeri ex eodem cod. Augustano, cujus etiam in bibl. acad. Lips. et ducali Vinariensi apographa alia occurrunt. (38, 3. *Ms. Aug.* fol.)

180. — iidem libri.

Hic codex nonnisi quatuor priores libros praecedentis codicis continet. — Chart. in fol. sec. XVII. A. 1630 Phil. Hainhofero, patricio Augustano, dono oblatus ab Elia Ehingero. (36, 7. *Ms. Aug.* fol.)

181. CICERO. Rhetoricorum ad Herennium libri IV.

Membr. in fol. min. sec. XII. (4. 11. *Ms. Aug.* 4.)

182. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XV. (4, 15. *Ms. Aug.* 4.)

183. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XV. (10, 4. *Ms. Aug.* 4.)

184. — idem opus.

Chart. in 4. sec. XV. Ab initio mutilus. (22, 5. *Ms. Aug.* 4.)

185. — idem opus.

In hoc cod. omni inscriptione caret. — Membr. in 4. sec. XV. Olim Ant. Mariae Sertorii. (*Gud.* 183.)

186. — idem opus.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 209.)

187. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 153.)

188. — ejusdem operis fragmentum.

A libri I. cap. 5. ad L. IV. c. 7. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud.* 49.)

189. — ejusd. operis fragmentum.

Lib. I. c. 1—12. continens. — Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

190. — de inventione rhetorica libri II.

Ad marginem adjectae sunt breves notationes, quibus tum explicationes tum emendationes conti-

nentur. — Membr. in fol. sec. XV. ineuntis. (68, 4. *Ms. Aug.* fol.)

191. — idem opus.

Membr. in fol. min. sec. XII. (4, 11. *Ms. Aug.* 4.)

192. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

193. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 153.)

194. — de oratore libri III.

In cod. sic inscripti: *Ciceronis ad Q. fratrem de officio et institutione oratoris libri tres.* — Membr. in 4. sec. XV. in Italia a librario ignaro exaratus. (12, 13. *Ms. Aug.* 4.)

195. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XV. ineuntis. (*Gud.* 38.)

196. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

197. — Brutus s. de claris oratoribus.

Membr. in 4. sec. XV. in Italia ab ignaro librario exaratus. (12, 13. *Ms. Aug.* 4.)

198. — idem liber.

Membr. in fol. sec. XV. ineuntis. (*Gud.* 38.)

199. — orator s. de optimo genere dicendi.

Membr. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. (12, 13. *Ms. Aug.* 4.)

200. — idem liber.

Membr. in fol. sec. XV. ineuntis. (*Gud.* 38.)

201. — idem liber.

Deest initium et tertia fere pars libri, quamvis in codice ipso nullum lacunae vestigium apparet. Incipit enim ab his verbis cap. 26: *aliquantoque robustius quam hoc humile de quo dictum est.* — Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

202. — de partitione oratoria.

Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

203. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. satis mendose exaratus. (*Gud.* 111.)

204. — de optimo genere oratorum.

Membr. in fol. sec XV. ineuntis. (*Gud.* 38.)

205. — orationes, nimirum: Philippica I–XIV., pro Sulla, pro Marcello, pro Ligario, pro Dejotaro, ad Quirites post reditum, pro doma sua, pro Sextio, in Vatinium, de provinciis consularibus, de Haruspicum responsis, pro Balbo, pro Coelio, pro Muraena, pro Roscio Amerino, invectiva in Sallustium, pro Quintio, pro Flacco, pro Plancio, oratt. IV in

Catilinam, pro lege Manilia, pro Archia, pro Cluentio.

Quinta et sexta Philippica ita in unam orationem sunt contractae, ut verba quintae: *Quamobrem P. C. legatorum mentionem* (ed. Elzevir. p. 415. lin. 1.) nullo spatio interjecto haec verba sextae excipiant: *vidi tantam, quanta nunc vestra est* (ed. Elzev. p. 431. lin. 9.) Reliqua sunt ut in editis. — Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 304.)

206. — orationes pro Balbo, pro Flacco, antequam iret in exilium, ad senatum post reditum, ad Quirites, pro Roscio Amerino, pro Muraena, pro Cluentio, pro domo.

Membr. in fol. sec. XV. in Italia exaratus. Olim N. Heinsii et Abrah. de Vogel. (*Gud.* 68.)

207. — orationes IV in Catilinam.

Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

208. — excerpta ex oratt. in Catilinam.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 154.)

209. — oratio pro Dejotaro.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

210. — ejusd. orationis cap. I – IX.

Membr. in 8. sec. X. (*Gud.* 335.)

211. — oratio pro Ligario.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

212. — oratio pro lege Manilia.

In fine mutila. — Membr. in 4., sec. XV. (*Extr.* 265, 2.)

213. — oratio pro Marcello.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

214. — eadem.

Chart. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. Olim abbatiae Florentinae. (17, 21, 2. *Ms. Aug.* 4.)

215. — eadem.

Chart. in 4. sec. XV. in Germania exaratus. (24, 5. *Ms. Aug.* 4.)

216. — orationes philippicae.

Inest or. I. usque ad XIII. cap. 9. *quam cum operibus.* Deest igitur or. XIII. cap. 10—21. et or. XIV. Cf. Cornelius Nepos ex edit. Bardiliana T. II. p. 384 sq. — Membr. in 8. oblong. sec. XII. (*Gud.* 278.)

217. — orationes philipp. I – V.

In fine mutilus et in his verbis cap. 16. orationis quintae desinens: *Quid unus M. Antonius in hac.* — Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

218. — invectiva in Sallustium.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

219. — eadem.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 154.)

220. — eadem.

Membr. in 8. sec. X. (*Gud.* 335.)

221. — orationes Verrinae.

Chart. in fol. sec. XV. (*Weissenburg.* 41.)

222. — eaedem.

Membr. in 4. sec. XV., olim ab Ag. de Zunnighem Justo Lipsio dono datus. (*Extrav.* 265, 2.)

223. — excerpta ex oratt. nonnullis Ciceronis.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 253.)

224. — epistolae ad familiares.

Chart. in fol. sec. XV. madore corruptus. (85, 11. *Ms. Aug.* fol.)

225. — eaedem.

Chart. in fol. a. 1454 in Italia exaratus. Locis graecis inserendis spatia vacua relicta sunt. (4, 2. *Ms. Aug.* fol.)

226. — eaedem.

Codex mutilus, in quo diversarum epistolarum partes pessime et imperite confusae et permixtae sunt. Ultima XIV folia, quae ex alio cod. accesserunt, omnino evanuerunt. — Membr. in fol. min. sec. XIV. (*Gud.* 87.)

227. — eaedem.

Codex elegans, sed parum accuratus. — Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 126.)

228. — eaedem.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 154.)

229. — eaedem.

Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 135.)

230. — earundem libri III – VII, et IX – XVI.

Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 206.)

231. — epistolae variae ex epistolis ad diversos selectae.

Chart. in 4. sec. XV. (11. *Ms. Aug.* 4.)

232. — epistolae ad Brutum.

Sunt ep. 1 — 17, quae in editis libris extant, et praeterea Ciceronis epist. ad Quintum fr. (L. I. ep. 3. ad Q. fr.) Subscriptum est: *Expliciunt quot potuerunt inveniri epistolae Tulii per M. Ni. de Muglio vatem egregium.* — Chart. in 4. a. *milleno centeno terque tricesimo atque nonageno* exaratus. (11. *Ms. Aug.* 4.)

233. — epistolae ad Atticum.

Membr. in fol. sec. XV. Olim Laur. Beheim, tum Bilib. Pirkheimeri, denique Ph. Melanchthonis, qui eum a. 1537 dono dedit Bernardo Frisio. (*Helmst.* 305.)

234. — academicarum quaestionum liber quartus.

Inscriptio codicis haec est: *Quartus liber incipit, in*

quo introducitur Lucullus ad Hortensium loquens. In fine est: *M. T. Ciceronis ad Hortensium liber explicit.* — Membr. in fol., sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

235. — Tusculanar. quaestionum libri V.

Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

236. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. Graecis locis vacuum spatium relictum est. (4, 13. *Ms. Aug.* 4.)

237. — idem opus.

In libro III. mutilus, desunt enim capp. 11 — 30. Item in fine. Desinit enim in L. V. c. 22. his verbis: *quam bonum nihil ad rem. In hoc enim.* — Membr. in 8. sec. XIII. (*Gud.* 293.)

238. — idem opus.

Membr. in 4. min. sec. X., integer et bonae notae. (*Gud.* 294.)

239. — de finibus bonorum et malorum libri V.

Chart. in 4. sec. XV. in Italia exaratus, olim N. Heinsii. (17, 21, 3. *Ms. Aug.* 4.)

240. — idem opus.

Membr. in fol., sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

241. — de natura deorum libri III.
Membr. in fol., sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

242. — de divinatione libri II.
Membr. in fol.. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

243. — idem opus.
Membr. in 4. sec. XV. Olim N. Heinsii. (22, 6. *Ms. Aug.* 4.)

244. — idem opus.
Membr. in 4. sec. XV. Olim N. Heinsii. (22, 7. *Ms. Aug.* 4.)

245. — de fato.
Membr. in fol., sec. XIV. (*Gud.* 2.)

246. — idem liber.
Membr. in 4. sec. XV. Olim N. Heinsii. (22, 7. *Ms. Aug.* 4.)

247. — idem liber.
Explicit in his verbis: *vel si volt omnibus naturaliter.* Tum a prima manu haec sequuntur: *Reliquum hujus operis hoc tempore non invenitur,* eademque, ut videtur, aut ceaeva saltem manus, in margine apposuit: *Meo quidem judicio Tullius in praesenti opere de fato, quod materia difficilis admodum videbatur, ad utramque partem more academico disputare noluit, sed quasi non**) *retrahens quod promiserat scribit et gra-*

*) Sic vere est in cod. Deesse aliquid videtur, si sensum spectes.

vitate permotus breviter rem succincteque pertransiit. — Membr. in 4. sec. XV. incuntis. (54, 9. *Ms. Aug.* 4.)

248. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. mendose satis exaratus. (*Gud.* 111.)

249. — de legibus libri III.

Membr. in 4. sec. XV. Olim N. Heinsii. (22, 6. *Ms. Aug.* 4.)

250. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

251. — in Timaeum Platonis liber.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

252. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 111.)

253. — de officiis libri III.

Membr. in 4. maj. d. 26. Aug. 1469. exaratus in Italia. (3, 3. *Ms. Aug.* 4.)

254. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XV. in Italia luculenter exaratus. Olim C. Dati, tum N. Heinsii. (8, 12. *Ms. Aug.* 4.)

255. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. (19, 43. *Ms. Aug.* 4.)

256. — idem opus.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 150.)

257. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

258. — de senectute.

Membr. in 8. sec. XII. Olim monasterii S. Michaelis in Hildesheim. (51, 12. *Ms. Aug.* 8.)

259. — idem liber.

Mutilus, desunt enim cap. 1 — 13 et 15 — 17. — Membr. in 8. sec. XV. exeunte in Italia exaratus. (*Gud.* 296.)

260. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. mendose satis exaratus. (*Gud.* 107.)

261. — idem liber.

Cum glossis marginalibus. — Membr. in 4. sec. XIV. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 160.)

262. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. Olim Jac. F. Reimmanni. (*Extrav.* 265, 3.)

263. — de amicitia.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

264. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. incuntis. (54, 9. *Ms. Aug.* 4.)

265. — idem liber.

Membr. in 8. sec. XII. (51, 12. *Ms. Aug.* 8.)

266. — idem liber.

Membr. in 8. sec. XIII. (56, 20. *Ms. Aug.* 8.)

267. — idem liber.

Membr. in 8. sec. X. (*Gud.* 335.)

268. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. mendose satis exaratus. (*Gud.* 107.)

269. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XIV. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 160.)

270. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. Olim Jac. F. Reimmanni. (*Extrav.* 265, 3.)

271. — idem liber.

Mutilus in fine, desinit enim in cap. 20. — Membr. in 8. sec. XV. in Italia exaratus. (*Gud.* 296.)

272. — paradoxa.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

273. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. mendose satis exaratus. (*Gud.* 111.)

274. — idem liber.

Deest initium capitis I. et inc. a verbis: *Eoque hos*

loces scripsi. — Membr. in 8. sec. XV. exeunte in Italia exaratus. (*Gud.* 296.)

275. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 150.)

276. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XV. Olim Jac. F. Reimmanni. (*Extrav.* 265, 3.)

277. — idem liber.

Sequitur initium somnii Scipionis. — Chart. in fol. sec. XV. exeuntis. (*Helmst.* 190.)

278. — somnium Scipionis.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (*Extrav.* 126, 1.)

279. — idem liber.

Membr. in 4. sec. XVI. ineunte in Gallia exaratus. (*Gud.* 280.)

280. — differentiae Ciceronis.

Fragmentum, quod inc. *Differentia est sufficiens ad id*, et expl. *tergum dicimus ani.* — Membr. in 4. sec. X. (10, 3. *Ms. Aug.* 4.)

281. — differentiae sermonum Marci Tullii.

Ita in hoc cod. inscriptum est hoc fragmentum. Inc. *Inter absconditum et absonsum* (sic) *hoc interest.* Expl. *Inter supstolit* (sic) *et tulit hoc interest, abstulis.* — Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 150.)

282. — Ciccro de synonymis.

Sic inscribendum censui fragmentum, cui praefixa est epistola Ciceronis ad Decurium. Fragmentum ipsum inc. *Orator, auctor, patronus.* Expl. *Infacunda, macra, levina.* — Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 150.)

283. — synonyma.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 154.)

284. — synonyma.

Inc. *Legi ea, quae pluribus modis dicerentur.* — Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

285. — commentarii in Ciceronis officia.

Praeit Ciceronis vita, quae inc. *Tulliorum familia, quae Ciceronis postea cognomen recepit.* Commentarius ipse inc. *In hoc opere, quod est de officiis, exponendo.* In fine legitur: *Finitum est hoc opus a me Johanne de sennis de clauero ogelerio de vicecomitibus sub annis domin. incarn.* 1469. *die Jovis* 12. *Octobris. Indictione tertia.* — Chart. in fol., a. 1469. in Italia exaratus. (78, 10. *Ms. Aug.* fol.)

286. — commentarii in Ciceronem de amicitia.

Inc. *Opusculum de amicitia hoc in duas consumi partes.* In fine est: *Finis per Jo. Eugerium vicecomitem Mediolani finitus die* 4. *Junii* 1471. *in domo D. Jo. Ant. ex capitaneis de Vicomercato.* — Chart. in fol. a. 1471. in Italia exaratus. (78. 10. *Ms. Aug.* fol.)

287. — commentarii in Ciceronem de senectute.

Inc. *Pomponius Atticus Marcus Romanus civis.* — Chart. in fol. a. 1471. in Italia exaratus. (78, 10. *Ms. Aug.* fol.)

288. — commentarii in Ciceronis paradoxa.

Inc. *Consueverunt majores.* — Chart. in fol. a. 1471. in Italia exaratus. Hi quatuor commentarii videntur esse publicae praelectiones eruditi Itali illius temporis. Qui in fine nominantur, transcripsisse tantum illas videntur. (78, 10. *Ms. Aug.* fol.)

289. — commentarii in Tusculanas quaestiones.

Inc. *Temporibus, quibus Caesar potiebatur.* — Chart. in 4. sec. XV. (24, 4. *Ms. Aug.* 4.)

290. — commentarii in libros de finibus bonor. et malor.

Inc. *More oratoris prius refellit.* — Chart. in 4. sec. XV. (24, 4. *Ms. Aug.* 4.)

291. — Greg. *Bersmani* in libros de officiis annotationes.

Chart. in 4. autographus, Lipsiae a. 1576. exaratus. (*Extrav.* 221, 4.)

292. — glossae in libros de officiis.

Inc. *Ut ait Tullius.* — Membr. in 4. sec. XII. (*Extrav.* 259, 1.)

293. — *Guarini* commentarius in librum de senectute.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. Olim Jac. F. Reimmanni. (*Extrav.* 126, 1.)

294. — M. Ant. *Majoragii* in Ciceronis dialogum de partitione oratoria commentarius.

Praefixa est epistola Majoragii ad N. Siccum, Mediolani justitiae praefectum, data Mediolani 5. cal. Oct. 1553. — Chart. in 4. sec. XVI. ab ipso Majoragio, ut videtur, exaratus. Typis editus est hic commentarius Venetiis 1587, 4. (*Gud.* 208.)

295. CLAUDIANI opera.

Membr. in 4. oblongo, sec. XIII. exaratus a Reynero de Capella. A. 1640 fuit Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 220.)

296. — opera.

Membr. in 4. oblongo sec. XIII. (*Helmst.* 499.)

297. — de raptu Proserpinae libri III.

Cum glossis marginal. et interlin. — Membr. in 4. sec. XIV. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 228.)

298. — carmen de phoenice.

Membr. in fol. sec. XV. (*Gud.* 14.)

299. — idem.

Membr. in 4. a. 1434. exaratus. (*Gud.* 240.)

300. — idem.

Chart. in fol. sec. XV. (6. 7. *Ms. Aug.* fol.)

CLAUDIUS Caesar *v.* AGRIMENSORES.

301. CONCILII Ferrariensis et Florentini, a. 1438 et 1439 celebrati, acta, graece.

Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 18.)

CONSTANTINUS *v.* MANASSES.

302. CORINTHUS. Ἐγκωμιαστικὴ ἔκφρασις Κορίνθου.

Inc. Κορίνθος ἡ πόλις. ἀκρόπολις μὲν. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 82.)

303. CORNELII Nepotis vitae.

Praecedit vita Attici, sic inscripta: *Ex libro Cornelii Nepotis de latinis historicis incipit vita Attici.* Hanc excipiunt ceterae vitae, quarum inscriptio haec est: *Emilius Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium.* Ordo earum idem est, qui in editis, sed quae in his *de regibus* inscribuntur, in codice nostro cohaerent cum vita Timoleontis et peculiari inscriptione carent. Vitam Hannibalis excipit epigramma Aemilii Probi, quod extat in edit. Bardilianae T. I. p. LXXIII. et T. II. p. 389. in quo postremo loco Heusingerus perperam dedit: *Vade liber nostri*, cum et hic

noster liber aperte habeat *noster*. Sequuntur vita Porcii Catonis (inscripta: *Excerptum e libro Cornelii Nepotis de latinis historicis*), et *verba ex epistola Corneliae Gracorum matris ex eodem libro Cornelii Nepotis excerpta*. — Membr. in 4. sec. XII. exeunte exaratus binis columnis, lit. initial. pictis, de quo conferendus Heusingerus in edit. Bardil. T. II. p. 388 sqq. (*Gud.* 166.)

304. — fragmenta duo ex libris de historicis latinis.

Edita ab Heusingero, v. edit. Bardil. T. II. p. 381, cf. ib. p. 396 sqq. — Membr. in 8. oblong. sec. XIII. (*Gud.* 278.)

305. CRITOPULUS, *Metrophanes*. Confessio catholicae et apostolicae in oriente ecclesiae, graece.

Praefixa est epistola Critopuli data Helmstadii a. 1626. — Chart. in 4. autographus. (*Helmst.* 946.)

306. CURTIUS.

Hujus codex nullus adest. Quae ejus esse in veteri catalogo perhibentur, non ad Curtium pertinent, sed ad Pseudo-Callisthenis vitam Alexandri M., de qua v. supra sub v. ALEXANDRI.

307. CYRILLI, patriarchae Constantinop., confessio fidei, data Constantinopoli m. Januario 1631.

Chart. 4 folior. in fol. anni 1631 et ab ipso Cyrillo subscriptus. (*Extrav.* 108.)

D.

308. DARES Phrygius de excidio Trojae.

Chart. in fol., d. 15. Mart. 1453. exaratus. (36, 19. *Ms. Aug.* fol.)

309. DARII regis epistola ad Ephesios, graece.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

310. DEMADIS oratio, lat. per Leon. Aretinum.

Membr. in 4. sec. XV. (12, 12. *Ms. Aug.* 4.)

311. DEMETRII Cydonii epistola, graece.

Inc. Τὸν μὲν Ἡσίοδον λόγος. Frustra quaeritur in Matthaei edit. — Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

312. DEMETRII Phalerei praecepta de componendis epistolis, graece.

Inc. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ. — Chart. in 4. sec. XVI. medii. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

313. — περὶ συνθέσεως λόγου.

Chart. in 4. sec. XVI. medii. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

314. — περὶ ἑρμηνείας.

Inc. Ὥσπερ ἡ ποιήσις. — Chart. in fol. sec. XVI. ineuntis. (*Gud. gr.* 14.)

DEMOCRITUS *v.* CHRYSOPOEIA.

315. DEMOSTHENIS orationes pro Ctesiphonte, ad Alexandrum et in senatu, lat. per *Leon.* Aretinum.

Membr. in 4. sec. XV. (17, 12. Ms. Aug. 4.)

316. — oratio in Aeschinem, lat. per *Leon.* Aretinum.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 304.)

— *v.* etiam AESCHINES.

317. DIO Cassius. Scipionis, Alexandri et Hannibalis contentio de praesidentia apud Minoem, a J. Aurispa ex historia Dionis ex graeco in lat. versa.

Inc. *Cum in rebus bellicis semper.* — Chart. in fol. a. 1461 per J. Carpensem Ferrariae exaratus. (*Helmst.* 338.)

318. DIOGENIS epistolae, latine (per Franc. Aretinum.)

Praecedit prologus metricus, qui inc.: *Ad Vaticani praeclara palatia Petri.* Sequitur epistola ad Papam. Epistolae Diogenis inc. *Audio quam inaequo animo feras.* — Chart. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. (17, 21, 2. *Ms. Aug.* 4.)

319. DIOGENES Laertius. Petri *Lambecii* analysis et explanatio Diogenis Laertii de vita philosophorum veterum, tradita a. 1658.

Nullius pretii. — Chart. in 4. a. 1658 exaratus. (*Helmst.* 898.)

320. DIONYSII Halicarn. ars rhetorica, graece.

Inc. Παναγύρεις, ἄρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν. — Chart. in fol. sec. XVI. ineuntis. (*Gud. gr.* 14.)

321. — περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων.

Inc. Ἐγὼ μὲν ὑπελάμβανον. — Chart. in fol. sec. XVI. ineuntis. (*Gud. gr.* 14.)

322. — περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Inc. Δῶρον τοι καὶ ἐγὼ φίλε. — Chart. in fol. sec. XVI. ineuntis. (*Gud. gr.* 14.)

323. — ἐκ Διονυσίου.

Sunt excerpta et sententiae ex epistolis Dionysii cujusdam. — Chart. in 4. sec. XVI. medii. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

324. — de Lysia rhetore, graece.

Inc. Λύσιας ὁ Κεφάλου. — Membr. in 8. sec. XV. exaratus a Geofg. Chrysococca. (*Helmst.* 806.)

325. DIONYSII Areopagitae opera, latine.

Praecedit prologus interpretis, qui inc. *Valde quidem ammiranda.* Insunt autem hi libri: De coelesti s. angelica hierarchia, de ecclesiast. hierarchia, de divinis nominibus, de mystica theologia,

epistolae undecim. — Membr. in 4. sec. XIV. (19, 11. *Ms. Aug.* 4.)

326. DIONYSII *οἰκουμένης περιήγησις.*

Cum scholiis graecis marginalibus. — Membr. in 4. sec. XII. (*Gud. gr.* 46.)

327. DIOPHANTIS Alexandrini *ἀριθμητικῶν* libri VI.

Ut in edit. Tolosana 1670. Ad marginem adjecta sunt scholia graeca. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 1.)

328. — *περὶ πολυγώνων ἀριθμῶν.*

Inc. Ἕκαστος τῶν ἀπὸ τῆς τριάδος ἀριθμῶν. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 1.)

329. — (Matth. *Macigni*) adnotationes in librum I. Diophantis de arithmetica.

Procedunt tantum usque ad quintam propositionem. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 1.)

DIPHTHONGI *v.* APULEJUS.

DOLABELLA *v.* AGRIMENSORES.

330. DONATUS de octo partibus orationis.

Inc. *Omnibus octo latinitatis.* — Chart. in fol. sec. XV. (86, 7. *Ms. Aug.* fol.)

331. — editio prima.

Inc. *Vox est aer ictus* (ap. Putsch. p. 1735.) In co-

dice inscribitur: *Accentuarius*, omisso Donati nomine. — Membr. in fol. min. sec. XI. (4, 11. *Ms. Aug.* 4.)

332. — idem liber.

In codice inscribitur: *Donatus de voce et litera.* — Chart. in 4. a. 1441. in Italia exaratus. (22, 4. *Ms. Aug.* 4.)

333. — Donatus.

Inc. *Partes orationis quot sunt.* — Membr. in 8. sec. XV. (*Helmst.* 1168.)

334. — Donatus minor.

Membr. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 1004.)

335. — de barbarismis.

Inc. *Barbarismus est una pars orationis.* Expl. *Trojanas vexit ad urbes.* — Chart. in 4. a. 1441. in Italia exaratus. (22, 4. *Ms. Aug.* 4.)

E.

336. EPIGRAMMA inventum in antiquo marmore Homencae.

Inc. *Tu quae secura procedis mente parumper.* — Membr. in 12. sec. XV. (*Gud.* 342.)

337. ΕΡΜΗΝΕΙΑ *περὶ τῶν τροφῶν δυνάμεως.*

Inc. Πολλῶν καὶ λογίων ὧν μέγιστε. — Chart. in 4. sec. XVII. transscriptus ex cod. ms.

Leonis Allatii. Ad marg. adjectae sunt emendationes manu L. Allatii, in quarum calce haec notantur: *Et haec quidem opusculum percurrens in gratiam Cl. viri Joannis Rhodii in margine Leo Allatius annotabam.* (*Gud. gr.* 93.)

EROTEMATA grammatica, *v.* CHRYSOLORAS, MOSCHOPULUS, THEODOSIUS.

338. EUCLIDIS elementorum libri VI. priores, latine, cum commentario *Campani.*

Inc. *Punctus est, cujus pars non est.* — Chart. in fol. sec. XV. (65. *Ms. Aug.* fol.)

339. — geometria, latine.

Inc. *Punctus est, cujus non est pars.* — Membr. in 8. sec. XV. (51. 9. *Ms. Aug.* 8.)

340. — la musique d'Euclide traduite en français.

Chart. in 4. sec. XVII. (*Extrav.* 127, 10.)

341. — elementorum libri VI. priores, belgice versi.

Chart. in 4. sec. XVII. (*Extrav.* 290.)

342. — *v.* etiam AGRIMENSORES.

343. EUNOMII impii oratio apologetica, adversus quam refutatoriam scripsit Basilius Magnus, graece.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (*Gud. gr.* 85.)

344. — eadem, gr. et lat.

Chart. in 4. sec. XVII. (*Gud. gr.* 100.)

345. — eadem, gr. et lat.

Chart. in 4. sec. XVII. (*Gud. gr.* 89.)

346. EURIPIDIS tragoediae IV, Hecuba, Orestes, Phoenissae, Andromache, cum scholiis graecis marginalibus et interlinearibus.

Chart. in fol. min. Tres priores tragoediae sunt seculi XIV, quarta seculi XV. (*Gud. gr.* 15.) — Codex alius chart. in 4., qui Hecubam, Orestem et Phoenissas tenebat (52, 2. *Ms. Aug.* 4.), jam deest.

347. EUTROPIUS. Qui se comença el primo (— quinto decimo) libro del estorie de Roma de Paulo et de Eutropio.

Non tam versionem Pauli et Eutropii, quam novam et propriam enarrationem historiae Romanae continet. Inc. *Sicome pliacie a molti lo primo Re ché regno in Italia si ebbe nome Jano.* Expl. *coll' ajutorio del alto dio Amen.* — Membr. in fol. sec. XV. ineuntis. (83, 10. *Ms. Aug.* fol.)

F.

FABULAE *v.* AESOPICAE.

FALCONIA, *Proba*, *v.* VIRGILIUS.

FANNIUS s. FAVINUS, *v.* RHEMNIUS.

348. **FENESTELLAE** de magistratibus liber.

Inc. ***Omnium deorum, quos vetus Romanorum religio excoluit.*** Constat, verum auctorem hujus libri esse Andr. Domin. Floccum (Fiocchi) Florentinum. — Chart. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. (19, 44. *Ms. Aug.* 4.)

349. **FESTUS,** *Sext. Pompej.* De verborum significatione.

In hoc codice inscribitur: (Pauli Diaconi) ***excerpta ex libris Pompei Festi de significationibus verborum.*** — Membr. in 4. sec. X. Praestantissimus codex, qui olim Lud. Carrionis fuit. (10, 3. *Ms. Aug.* 4.)

350. — idem opus.

Lauterbachius, biblioth. ducalis quondam Secretarius, in fronte notavit: ***Ex hoc codice poterunt supleri commode lacunae, quae in editione Dion. Gothofredi auctorum lat. linguae 1584. in Festo extant.*** Collatione cum edit. Daceriana instituta intellexi, hunc cod. multa et aliter habere et alio ordine, quamvis res ipsae fere eaedem sint. — Chart. in 4. min. sec. XV. (*Gud.* 287.)

351. — idem opus.

Inscribitur in hoc cod. ***Festus Pompejus de interpretationibus.*** Prologus Pauli Diaconi abest. — Chart. in fol., d. 17. Maji 1454 Mediolani per

Paulum de Vitalibus exaratus. (85, 4, 3. *Ms. Aug.* fol.)

352. — ejusdem operis fragmentum.

Inc. a verbis: *Mustricula est machinula*, et desinit in V. *Posticum*. — Membr. in fol. min. sec. XV. in Italia exaratus. (*Gud.* 103.)

353. FIRMICUS Maternus, *Jul.* Excerpta astronomica ex ejus libris matheseos.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 253.)

354. FLORI epitome rerum Romanarum.

Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 175.)

355. — epitome librorum Livii.

Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 175.)

356. FRONTINI strategematon libri IV.

Membr. in fol. a. 1332 manu Bricii Briton. clerici exaratus. Cohaesit enim olim cum cod. Gud. 15. ab illo librario scripto. (*Gud.* 16.)

— *v.* etiam AGRIMENSORES.

FRONTO, *Corn.*, *v.* MESSUS.

FRONTO, *Jul.*, *v.* AGRIMENSORES.

357. FULGENTII mythologiarum libri III.

Membr. in 8. min. sec. XII. (*Gud.* 331.)

358. — iidem.

Membr. in 8. sec. XIII. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 333.)

359. — expositio Virgiliana.

Membr. in 8. min. sec. XII. (*Gud.* 331.)

360. — idem liber.

Membr. in 8. min. sec. XIII. (*Gud.* 333.)

361. — expositio sermonum antiquorum cum testimoniis.

Inc. *Ne tuorum praeceptorum, domine, serie quicquam certasse.* Quod initium quamvis differat a vulgata editione, qualis est in Gothofredi auctorr. lat. ling. p. 801, tamen eodem modo, quo illa, codex explicit. — Membr. in fol., sec. XV. in Italia exaratus. (*Gud.* 23.)

362. — idem liber.

In hoc cod. inscribitur: *Glossae Fulgentii ad Chalcidium presbyterum.* Initium est, ut in praecedente cod. *Ne de tuorum, domine, praeceptorum serie.* — Membr. in 8. sec. X. (*Gud.* 335.)

G.

363. GABRIAE tetrastycha, graece, cum vers. lat. prosaica.

Chart. in 8. sec. XVI. exeuntis. Accessit ex legato b. Langeri. (*Gud. gr.* 105, 2.)

364. GALENI opera. Ven., Aldus, 1525, f. 2 Voll. *Impressa.*

Manu Jos. Scaligeri emendatt. ad marginem sunt adjectae. (*Gud.* 7 et 8.)

365. — de alimentorum facultate, graece.

Hujus operis fragmenta, saeculo quinto exarata, subsunt foliis 43 — 57, 67 — 74, 82 — 89, 98 — 105, 114 — 137, 146 — 153, 162 — 169, 186 — 193, 218 — 225, 268 — 270, 273 — 275 et 305 — 310 Isidori rescripti. Ea tantum, quae fol. 49b leguntur, edita sunt in Knittelii editione Ulphilae p. 253. — Membr. in 4. (*Weissenburg.* 64.)

366. — XIV experimenta de secretis Galieni, lat.

Chart. in fol. sec. XV. exeuntis. (12, 4. *Ms. Aug.* fol.)

367. — tegni Galieni de sanis, aegris et neutris corporibus et signis eorum et causis, lat.

Inc. *Tres sunt omnis doctrinae.* — Membr. in 4. sec. XIV. (47, 12. *Ms. Aug.* 4.)

368. — περὶ σφυγμῶν, graece.

Inc. Ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις, φίλτατε Τεύθρα. Accedit ejusdem λόγος δεύτερος περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν, qui inc. Οὐ τὴν αὐτὴν χρεί. Mutilus est in fine, et desinit in his verbis: κινδυνεύω δ' εἶναι ὅτι τὸ τῶν πολλῶν. — Chart. in fol. sec. XVI. (*Gud. gr.* 11.)

369. — Θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίον πρῶτον — τεσσαρεσκαιδέκατον.

Inc. Ἐπειδὴ καὶ σὺ με πολλάκις. Expl. τελευτάτω καὶ οὗτος ὁ λόγος. — Chart. in 4. sec. XVII. (*Gud. gr.* 69.)

370. — πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν βιβλία δύο.

Inc. Ὅτι μὲν οὖν τὴν κοινὴν.. Expl. Τῶν γραφομένων ἡμῖν ὑπομνημάτων ἔκκειται. — Chart. in 4. sec. XVII. (*Gud. gr.* 69.)

371. — de cognoscendis curandisque animi morbis, quos affectus appellant, graece.

Apographum factum in usum editionis a J. Caselio curatae, cum emendatt. nonnullis autographis Caselii. — Chart. in 4. sec. XVI. (*Helmst.* 757.)

372. — sex libri de interioribus Galieni, latine.

Membr. in fol. sec. XIV. (1, 8. *Ms. Aug.* fol.)

373. GALLI carmen.

Inc. *Temporibus laetis.* Vid. Burmanni anthol. II, 176. — Chart. in fol. a. 1454. exaratus. (*Helmst.* 332.) — V. etiam infra MAXIMINIANUS.

374. GELLII noctium atticarum libri XX.

Loca graeca a prima manu sunt exarata. — Membr. in 12. Aquavivae exaratus per Dominum Vitum

d. 12. Januarii a. 1503 (nam in anno M. CCCCC. III. unum *C.* erasum est ab impostore). Sec. XVI. exeunte fuit Joannis et Philippi Clerici, Mechliniensium. (61, 12. *Ms. Aug.* 12.)

375. — idem opus.

Codex admodum mutilus, in quo desunt L. I. c. 1—14 et 19—26, L. II. c. 1—21 et 24—30, L. III. c. 4—6. Graeca loca nec adsunt nec iis addendis vacuum spatium relictum est nec versio eorum latina subjuncta. Liber III. in hoc cod. nonnisi 17 capita tenet (editiones habent 19), quia alia eorum est divisio. In fine libri IX. leguntur hi versus:

Cyropiae noctes doctorum exempla virorum
Donat habere mihi nobilis Eustochius.
Vivat et aeternum laetus bona tempora ducat
Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

— Membr. in fol., sec. XV. in Italia exaratus. (*Gud.* 23.)

376. — idem opus. Ven., Caballis, 1565, 8. *Impressum.*

Cum emendatt. mss. J. Wouwerii. (*Gud.* 343.)

377. — excerpta ex Gellio.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 253.)

378. GEMISTIUS, *Georg.* Περὶ ἀρετῶν.

Inc. Ἀρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἐσμεν. —

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 48.)

387. — libelli tres grammatici graeci anonymi et anepigraphi.

Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 20.)

388. — *περὶ σχημάτων τοῦ λόγου.*

Inc. Τῶν τοῦ λόγου σχημάτων. — Chart. in fol., sec. XV. (*Gud. gr.* 20.)

389. — *περὶ ποιητικῶν τρόπων.*

Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 20.)

390. — *περὶ συνδεσμῶν.*

Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 20.)

391. — *ὅροι περὶ ὁμωνύμου, συνωνύμου καὶ τῶν τοιούτων.*

Bombyc. in 4. sec. XIV. Occupant haec folium 65. hujus codicis miscellanei. (*Gud. gr.* 102.)

392. — grammatica quaedam, graece.

Inc. Ὄλλυμι ἐν ἐσὶ. καὶ ὀλλύω. — Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

393. — grammatica graeca.

Praemisso alphabeto graeco inc. *Hae XXIV literae, quibus Graeci utuntur, in duo dividuntur.* In fine haec leguntur: Φρανκίσκος ὁ Φιλέλφος Ξηνώνι τῷ Ἀμιλανῷ χαίρειν. Χρὴ τὸν φίλον ἀεὶ τὸν φίλον ἀγαπᾶν καὶ φιλεῖν κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς νόμον. ἡ γὰρ φιλία κατὰ φιλοσόφους ἡ ἀρετὴ ἐσὶν, ἢ κατ' ἀρετήν. Ἐρ-

ρωσω. Num ex hoc epistolio, quod manu ipsius Philelphi exaratum putabat b. Langerus, demonstrari possit, Philelphum esse auctorem hujus grammaticae, nescio. Bandinius certe de grammatica graeca a Philelpho conscripta nihil habet. — Membr. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. (17, 21. 4. *Ms. Aug.* 4.)

394. — ἀρχὴ τῆς πλέσεως τῶν ἀρσενικῶν κανόνων, τῶν οὐδετέρων κανόνων.

Inc. Ἡ ὀρθὴ καὶ ἀφ' τῶν ἐνικῶν. Ὁ Ἄιας. Chart. in 12. sec. XV. exeuntis. (*Gud. gr.* 114.)

395. — opus grammaticum graecum anonymum et anepigraphum.

Codex ab initio mutilus in vet. catalogo Manueli Moschopulo tribuitur, sed ejus esse non potest, si scripturae aetatem spectes. Primum segmentum, cujus initium in hoc cod. deest, ita se habet: Περὶ τέχνης. Τί ἐστι τέχνη; μέθοδος ἐμπεριεχοῦσα τῷ βίῳ. Opus per interrogationes et responsiones procedit. — Membr. in 8. sec. XIII. exaratus et rescriptus. Quae subsint, docet Knittelius in editione Ulphilae, qui sec. XII. tribuit. Nimis liberaliter. Sed idem etiam Moschopulo, quem sec. XIV. vixisse constat, dedit parum considerate. (*Gud. gr.* 112.)

396. — περὶ τῶν ἐπιθέτων.

Inc. Τῶν ἐπιθέτων τὰ μὲν εἰς ᾶς οἷον ὁ πᾶς. Expl. ποιοῦσι τὴν γενικὴν. — Chart. in 4.

a Baldo Martorello Mediolani a. 1460 exaratus. (22, 4. *Ms. Aug.* 4.)

397. — grammaticus vetus latinus.

Ab initio mutilus. Procedit ordine alphabetico. Inc. *Campus, pi, a quo Campanus in nu. et Campania, ae, et campestris, tre. Cutis, tis, a quo cuticula, lae. Inde per compositum reticuticus, et intercuticus, a quo intercuteneus, a, um.* — Membr. in 8. sec. XIII. Olim Petri Scriverii, qui ex direpta bibliotheca Egmondani coenobii in Hollandia illum sibi vindicavit. (*Gud.* 323.)

398. — grammatica latina.

Inc. *Pro informatione juvenum quaedam exempla declinabo regulasque eorundem secundum Alexandrum assignabo.* — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 727.)

399. — tractatus grammaticus anonymus et anepigraphus.

Inc. *Pro brevi introductione requirimus.* — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 727.)

400. — de partibus orationis.

Inc. *Discipulus quae pars orationis? Nomen.* — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 727.)

401. — libellus grammaticus anonymus et anepigraphus.

Inc. *Intentus nobis est de arte grammatica sive rhetorica vel disciplinis aliqua breviter vell*

conscribere. Expl. *causa implicata est.* — Membr. in 4. sec. IX. (*Weissenburg* 86.)

402. — index verborum latinorum.

Inc. *Abarceo, cui, citum, activum.* Expl. *Zelonio, avi, atum, neutrum.* Minus commode recens manus inscripsit: Donatus. — Membr. in 8., sec. XV. (*Gud.* 310.)

403. — libellus grammaticus anonymus et anepigraphus.

Inc. *In frequenti usu antecessores nostri habuerunt et moderni quoque habent haec verba: Ista pars regit istam, et ista regitur ab ista.* — Membr. in 12. sec. XIII. (*Helmst.* 1221.)

404. — libellus grammaticus anonymus et anepigraphus.

Inc. *Duo considerantur in dictionibus unde constant.* — Membr. in 12. sec. XIII. (*Helmst.* 1221.)

405. — de computatione per digitos.

Inc. *Quomodo numeri digitorum inflexionibus exprimuntur.* — Membr. in 12. sec. XIII. (*Helmst.* 1221.)

406. — libellus grammaticus anonymus et anepigraphus.

Inc. *Partes orationis sunt VIII. Partes sunt dictae a parilitate, id est, ab aequalitate. Et hoc sciendum, quod apud veteres nullo modo dice-*

bantur partes, nisi in rebus corporalibus et in numeris paribus. In opere ipso aliquoties citatur Donatus. — Membr. in fol. sec. XI. in fine mutilus. (*Gud.* 79.)

— *v.* etiam **VOCES** animalium.

407. **GREGORIUS** Corinthus *περὶ διαλέκτων.*

Hujus codicis, in quo nomen auctoris omittitur, nullus usus factus est in edit. Schaeferiana. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 72.)

408. **GREGORII** Nazianzeni orationes XVI, graece.

Insunt hae orationes editionis Hervagianae: 44. 43. 46. 45. 22. 15. 8. 40. 13. 41. 42. 5. 14. 29. 20. 11. — Membr. in 8. sec. XIV. (60, 16. *Ms. Aug.* 8.)

409. — carmina aliquot, graece.

Ex ordine in edit. operum Paris. 1690 servato sunt haec: 4, 6—8, 15, 18—21, 23, 26—28, 34, 36 et 46. Praeter haec insertum est in codice distichon, quod non extat in edit. Paris., in qua etiam versus XVI, qui fol. 45 b peculiari signo notati reperiuntur, nequicquam quaesivimus. Singulis carminibus addita est paraphrasis graeca, quae et ipsa nondum typis excusa videtur. — Chart. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 97.)

410. — epistolae variae, graece.

Chart. in 4. sec. XVI. medio ab Adolfo Occone exaratus. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

411. GREGORIUS Nyssenus. Περὶ εἰκόνος ἀνθρώπου.

Inc. Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς. Chart. in 4. sec. XV. in fine mutilus. (*Gud. gr.* 84.)

412. — εἰς τὰ ἐπιλοιπὰ τῆς ἑξαημέρου.

Inc. Ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 87.)

413. GREGORII Thaumaturgi ἔκθεσις πίστεως.

Edita in Fabricii bibl. gr. Vol. V. p. 249. 250. Occupat in hoc cod. miscellaneo fol. 10 et 11. Sequitur fol. 17b alia fidei expositio ejusdem. — Chart. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 97.)

H.

414. HARMENOPULUS περὶ πίστεως ὀρθοδόξου.

Inc. Πιστεύειν δεῖ τὸν. — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 663.)

HELIODORUS *v.* CHRYSOPOEIA.

415. HELIOGABALI oratio ad meretrices.

Emendatior est in hoc codice, quam reperitur in

Scriptorr. hist. Aug. Ven. 1519, 8. — Membr. in 12. sec. XV. (*Extrav.* 299.)

416. — Leon. Aretinus ex historia Heliogabali ad meretrices.

Inc. *Heliogabalus Augustus inter cetera.* Expl. *Dona magnifica reportabit.* — Chart. in 4. sec. XV. (24, 5. *Ms. Aug.* 4.)

417. HERACLITI epistolae II ad Amphidamantem et una ad Hermodorum, graece.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

HERMES Trismegistus *v.* APULEJUS et TRISMEGISTUS.

418. HERMOGENES. Περὶ σχημάτων, ὧν Ἑρμογένης ἐμνημόνευσεν ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεων καὶ περὶ ἰδεῶν βιβλίοις, σύνοψις.

Inc. Ἑτροιγύλον σχῆμα ἐστὶ τόδε. Μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχιστῶν. — Chart. in fol. min. sec. XV. (*Gud. gr.* 26.)

419. HERONIS γεωδαισία.

Inc. Σημεῖον ἐστὶν, οὗ μέρος οὐδὲν. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 6.)

420. — εἰσαγωγὴ τῶν γεωμετρουμένων.

Inc. Ἐπίπεδος γαιομετρία. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 6.)

421. — ἐκ τῆς Ἡρώνος γεωδαισίας.

Inc. Ὁ παλαίσης ἔχει δακτύλους δ'. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 6.)

422. — περὶ αὐτοματοποιητικῆς.

Ut in mathematicis gr. Thevenoti p. 243 ss. — Chart. in fol. sec. XVI. inquntis, adjectis figuris mathematicis. (*Gud, gr.* 19.)

423. — πνευματικῶν βιβλία β'.

Ut in mathematicis gr. Thevenoti p. 145 ss. — Chart. in fol. sec. XVI. inquntis, exceptis tamen IX prioribus foliis, quae sec. XVII sunt suppleta. Cum figuris mathematicis. (*Gud. gr.* 13.)

424. — de dioptra liber, latine.

Inc. *Cum doctrina dioptrica multas et necessarias utilitates afferre soleat.* — Chart. in fol., sec. XVI. exeunte exaratus in Germania, adjectis figuris mathemat. (68, 2. *Ms. Aug.* fol.)

425. HIPPOCRATIS epistola ad Hystanum, graece.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

426. — aphorismi et liber prognosticorum, lat.

Membr. in 4. sec. XIV. (47, 12. *Ms. Aug.* 4.)

427. — aphorismi cum commento Galeni ex arab. versi per Constantinum Africanum.

Chart. in fol. sec. XV. (17, 2. *Ms. Aug.* fol.)

428. — aphorismi et alia, lat.

Chart. in fol. a. 1525 exaratus. (32, 13. *Ms. Aug.* fol.)

429. — epidemiarum liber, item prognosticorum, et liber de victu in morbis acutis, latine.

Chart. in fol. sec. XV. (32, 13. *Ms. Aug.* fol.)

430. HIPPOLYTI ἀπόδειξις ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου.

Chart. in 4. sec. XVII. transcriptus a Marq. Gudio. (*Gud. gr.* 94.)

431. — idem liber editus Paris. 1661, 8.

Chart. impressus in 8. notis mss. Gudii refertissimus. (*Gud.* 290.)

432. — ejusd. libri eadem editio.

Chart. in 8. cui aliquot notae a manu ignota sec. XVII. accesserunt. (*Gud.* 290, 1.)

433. HORATII opera.

Insunt in hoc codice ab initio mutilo odarum libri IV. (inde a L. I. od. 23), epodon liber, carmen seculare, ars poetica, sermonum libri II. —

Membr. in 4. sec. XIV. in Italia eleganter exaratus. (*Gud.* 108.)

434. — opera.

Insunt hoc ordine: Ars poetica, sermones, epistolae, odae, epodon liber, carmen seculare. — Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 333.)

435. — epistolae.

Chart. in 4. sec. XVI. ineuntis, nullius pretii. (*Extrav.* 228.)

436. — epistolae.

Cum scholiis marginalibus et interlinearibus. In fine est: *Qui te scribebat Hermannus nomen habebat. Liber in novo monasterio.* — Membr. in 8. sec. XIV. (*Gud.* 303.)

437. — epistolae.

In fine mutilae, nec nisi ad II, 2. v. 193 progredientes. — Membr. in 4. sec. XIII. (*Helmst.* 1027.)

438. — epistolarum fragmentum.

Insunt L. II. ep. I. v. 97—234. et ep. 2. v. 34—215. Cf. de hoc cod. J. Cp. Dommerichii programma editum Helmst. 1759, 4. — Membr. in 8. sec. XIII. (*Gud.* 292, 2.)

439. — epistolae.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 185.)

440. — sermonum liber primus.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 185.)

441. — ars poetica.

Cum glossis interlinearibus. — Membr. in 8. sec. XIII. (50, 4. *Ms. Aug.* 8.)

442. — eadem.

Ab initio mutila et a v. 110. incipiens. — Membr. in 8. sec. XIII. (*Gud.* 185.)

443. — eadem.

In fine mutila et desinens in v. 367. — Membr. in 8. sec. XIII. (*Extrav.* 163.)

444. — eadem.

In fine mutila et desinens in v. 297. — Membr. in 4. sec. XIV. (*Gud.* 262.)

445. — scholia in odas, carmen seculare, artem poeticam et sermones.

In epistolas scholia nulla adsunt. Praecedunt duae vitae Horatii, quarum prior inc. *Horatius Flaccus libertino patre natus in Apulia*, posterior: *Horatius Q. F. praecone patre natus e libertinae conditionis.* Commentarius in odas inc. *Hominum scribit officia pragmatice.* In carmen secul. inc. *Secularis carminis duplex devotio.* In artem poet. inc. *De inaequalitate operis loquitur.* In sermones inc. *Sermonum libri ideo dicti.* — Chart. in fol. sec. XV. (81, 31. *Ms. Aug.* fol.)

446. — scholiasta vetus in opera omnia.

Praecedit vita, quae inc. *Q. Horatius Flaccus poeta*

lyricus libertino patre natus. Commentarius in odas inc. *Hac ode Maecenatem alloquitur.* In artem poeticam inc. *Hunc librum, qui inscribitur.* In sermones inc. *Quamvis satyram esse opus hoc suum.* In epistolas inc. *Ad Trebatium scribit.* — Membr. in fol. min. sec. XIV. (*Gud.* 85.)

447. — commentarius in epistolarum libros II.

Inc. *Ultimum fecit horum librorum epistolarum.* — Membr. in 4. sec. XIV. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 160.)

448. — glossa in epistolas.

Membr. in 8. sec. XIII. (*Gud.* 323.)

449. — commentarius in sermonum libros II.

Inc. *Liber sermonum, in quo generalis est intentio Horatii ut carpat vitia.* — Membr. in 4. sec. XIV. Olim Rottendorfii. (*Gud.* 160.)

450. — glossa super sermones Horatii.

Membr. in 8. sec. XIII. (*Gud.* 323.)

451. — tres vitae Horatii.

Prima inc. *Horatius Flaccus Venusinus patre, ut ipse tradit, libertino.* Secunda: *Horatius Publius dubium est, an etiam Venusinus fuerit.* Tertia: *Horatius Flaccus libertino patre natus*

in Apulia. — Chart. in fol. a. 1461 Ferrariae per J. Carpensem exaratus. (*Helmst.* 338.)

HOSTANES *v.* CHRYSOPOEIA.

HYGINUS *v.* AGRIMENSORES.

I.

452. INSCRIPTIONES nonnullae Romanae veteres.

Extantes Torcellis, Venetiis, Patavii, Veronae, Collagnolae, Anegiari, Apranae, Murani, Aretii, Vicentiae, Ravennae, Barchinone, Solonae, Tragurii, Hiadrae. — Chart. in 4. sec. XV. in Italia exaratus. (*Gud.* 253.)

453. — Gruteri. Ex off. Commelin. 1602, fol. *Impr.*

Cum multis supplementis Gudii autographis. (*Gud.* 9.)

454. — inscriptiones veteres graecae et latinae, a Marq. Gudio in itineribus suis collectae, cum indice.

Chart. in 4, sec. XVII. exaratus a Gudio. 3 Voll. (*Gud.* 197 – 199.)

455. — collectio inscriptionum vett. lat. et gr.

Chart. in fol. min. sec. XVII. (*Gud.* 106.)

456. JOANNIS Euchaitarum metropolitae λόγος εἰς τὸν Βασίλειον, τὸν Γρηγόριον καὶ τὸν χρυσοῦν Ἰωάννην.

Inc. Πάλιν Ἰωάννης ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. — Bombyc. in 4. maj. sec. XII. (*Gud. gr.* 42.)

457. JOANNIS Sinaitae climax s. scala Paradisi, graece.

Primum folium mutilum est. — Membr. in 4. sec. IX. Folia tamen 86—94 a manu sec. XIII. et folia 114 usque ad fin. a manu sec. XII. sunt suppleta. (*Gud. gr.* 41.)

458. — πρὸς τὸν πομένα.

Membr. in 4. sec. XII. (*Gud. gr.* 41.)

459. JORNANDES. Excerpta nonnulla ex ejus libris de rebus Gothorum.

Chart. in fol. sec. XV. (*Extrav.* 115.)

460. JOSEPHI antiquitatum judaicarum libri XIX, latine.

Membr. in fol. sec. XII. (*Blankenburg.* 14.)

461. — antiquitatum judaicarum libri XII. priores, latine.

Membr. in fol. sec. X. (*Weissenburg.* 22.)

462. — ejusdem liber XIII–XIX. s. de bello judaico liber I–XII, latine.

Membr. in fol. sec. X. (*Weissenburg.* 23.)

463. ISAAC Argyrus *πῶς ἄν τὰ μὴ ὀρθὰ τῶν τριγώνων εἰς ὀρθὰ μεταποιήσαμεν, καὶ περὶ τινῶν ἄλλων σχημάτων.*

Inc. *Ἡ τῶν γεωμετρουμένων χωρίων μέτρησις.* — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 6.)

464. — *μέθοδος πολιτικῶν λογαριασμάτων.*

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 40.)

465. — *πρόχειρος παράδοσις εἰς τοὺς περσικοὺς κανόνας τῆς ἀστρονομίας.*

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 40.)

466. ISAAC Syrus. *Περὶ σωφρ̃ης καὶ ἡσυχίας καὶ βίου ἐρημίου.*

Inc. *Μέγιστα ἁμαρτήματα.* — Chart. in fol. sec. XIV. (*Gud. gr.* 16.)

467. — *λόγοι ἀσκητικοὶ, ἑρμηνευθέντες ὑπὸ τοῦ Ἀββᾶ Πατρικίου.*

Inc. *Ὁ Φόβος τοῦ Θεοῦ ἀρχὴ τῆς ἀρετῆς.* — Chart. in fol. sec. XIV. (*Gud. gr.* 16.)

468. — Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀββᾶ Σαμέων.

Inc. Ἡ ἐπιστολὴ σοῦ, ὁ ἅγιος. — Chart. in fol. sec. XIV. (*Gud. gr.* 16.)

469. ISIDORI chronica.

Chart. in fol. sec. XVI. exeuntis. (5, 3. *Ms. Aug.* fol.)

470. — pars chronici.

Membr. in 4. sec. XI. (*Helmst.* 532.)

471. — etymologiarum libri XX.

Membr. in fol. sec. XIV. (38, 27. *Ms. Aug.* fol.)

472. — idem opus.

Chart. in fol. sec. XV. (83, 4. *Ms. Aug.* fol.)

473. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XI. (*Weissenburg.* 2.)

474. — idem opus.

Membr. in 4. maj. sec. VIII. Pretiosissimus ille codex rescriptus, cui subsunt fragmenta Ulphilae et alia. (*Weissenburg.* 64.)

475. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XIII. (*Gud.* 74.)

476. — idem opus.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 149.)

477. — idem opus.

L. I. c. 1—3 prorsus desunt et capp. 4—25 suppleta sunt a manu sec. XV. — Membr. in 8. sec. XIII. (*Gud.* 298.)

478. — ex ejusd. operis libro XI. excerpta.

Membr. in 8. sec. XIV. (56, 5. *Ms. Aug.* 8.)

479. — de differentiis vocum.

Membr. in 8. sec. XIII. in fine mutilus. (*Gud.* 298.)

480. — liber differentiarum.

Membr. in fol. min. sec. X. (*Weissenburg.* 44.)

481. — grammaticae artis nomina graeca et latina.

Inc. *Poeta, vates. Poeticus, liber.* — Membr. in 4. sec. IX. (*Weissenburg.* 86.)

482. — de viris illustribus.

Chart. in fol. sec. XV. (83, 8. *Ms. Aug.* fol.)

483. ISIDORI Pelusiotae epistolae VII, graece.

Insunt hae: Lib. I. ep. 209. 213. 214. 215. 216. 217. 31. — Chart. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 97.)

484. ISOCRATIS Evagoras, graece, cum comm. Fr. Cicereji.

Sunt praelectiones habitae 1563 — 65. et iterum

1579 — 81, sed exigui pretii. — Chart. in 4. sec. XVI. (*Gud. gr.* 75.)

485. — Helena, graece, cum comm. ejusdem.

In fine mutilus. Sunt praelectiones habitae a. 1566. — Chart. in 4. sec. XVI. (*Gud. gr.* 75.)

486. — epistolae, graece.

Membr. in 8. sec. XV. exaratus per G. Chrysococcam. (*Helmst.* 806.)

JULIUS *v.* FIRMICUS.

487. JUS. Institutiones, cum glossa.

Membr. in fol. sec. XIII. (81, 8. *Ms. Aug.* fol.)

488. — institutiones, cum glossa.

Chart. in fol. a. 1471 per J. Weydeman Erfurti exaratus. (*Helmst.* 157.)

489. — institutiones.

Chart. in fol. a. 1470 per J. Clokereym Erfurti exaratus. (25, 3, 1. *Jur.* fol.)

490. — institutiones.

Impressae, cum notis autogr. Dion. Gothofredi. — Chart. in fol. (*Helmst.* 9a.)

491. — *περὶ τῆς τῶν βαθμῶν συγγενείας, ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τῶν ἰνστιτούτων.*

Chart. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 97.)

492. — codicis libri IX.

Cum glossa Accursii. Membr. in fol. sec. XIV. (1. *Ms. Aug.* fol.)

493. — novellae.

Cum glossa Accursii. Membr. in fol. sec. XV. (1, 3, 3. *Ms. Aug.* fol.)

494. — paratitulorum juris in codicem libri tres, graece.

Accedit *νόμος ναυτικὸς*. Chart. in fol. sec. XV. in fine mutilus, olim J. Leunclavii. (*Helmst.* 262.)

495. — summa breviarii Alariciani.

Membr. in 4. min. sec. IX. (*Weissenburg.* 97.)

496. JUSTINI historiarum libri XLIV.

Membr. in fol. sec. XIV. ineunte in Italia per Christophorum quendam exaratus. (*Gud.* 81.)

497. — idem opus.

Chart. in fol. a. 1474 Coloniae exaratus per Arnoldum de Hynssbeck. (*Gud.* 65.)

498. — idem opus.

Chart. in fol. sec. XV. exaratus in Belgio. (78, 6. *Ms. Aug.* fol.)

— *v.* etiam POMPONIUS Trogus.

499. JUVENALIS satirae.

Cum scholiis marginalibus et interlinearibus. — Membr. in fol. a. 1384 exaratus per Andream rectorem ecclesiae de Marano. (*Gud.* 53.)

500. — eaedem.

Cum scholiis. Membr. in 4. sec. XIII. accuratissime exaratus. (*Gud.* 156.)

501. — eaedem.

Membr. in 8. sec. XV. (*Gud.* 304.)

502. — eaedem.

Codex mutilus, qui haec modo tenet: Sat. VI. v. 168 usque ad Sat. XII. v. 124. Sat. XIII. v. 11 —22, 40—51, 109—225. Sat. XIV. v. 14—267. Folia etiam male transposita sunt a bibliopego. — Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 119.)

503. — expositio brevis super Juvenalem.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 155.)

504. — index omnium vocum, quae in Juvenale occurrunt, exaratus manu Theodori de Juges.

Chart. in fol. obl. sec. XVII. (3, 1, 299. *Ms. Aug.* fol.)

L.

505. LASCARIS, *Constant.* Περὶ ὀνόματος καὶ ῥήματος βιβλίον β'.

Prooemium inc. Ἐν τῷ προεκδοδόντι ἡμῖν πρώτῳ βιβλίῳ. Liber ipse inc. Ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν ὁ λόγος περὶ ὀνόματος. — Membr. in 4. sec. XV. (15. *Ms. Aug.* 4.)

506. LEONIS imperat. ἐπιστολὴ πρὸς αἰτήσαντα παρ' αὐτοῦ τῶν προκειμένων κεφαλαίων ἐξήγησιν.

Inc. Ἰσχυρὸν τῇ Φιλίᾳ βιάζεσθαι. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 22.)

507. — ναυμαχικά.

Inc. Περὶ ναυμαχίας βουλόμεθα. (cap. 19. ed. Meurs. p. 321.) Nimirum in hoc cod. ea tantum capita sunt transscripta, quae aut aliter se habent, quam in editis, aut quae apud Meursium graece non extant. — Chart. in 4. transscriptus a. 1616 Lundini ex vet. codicis apographo ab And. Darmario Venetiis a. 1573 facto. (*Gud. gr.* 98.)

508. LEONTIUS, archiep. Cypri. Ἐκ τοῦ ὑπὲρ τῆς Χριστιανῶν θρησκείας πρὸς Ἰουδαίους περὶ εἰκόνων.

Chart. in 4. sec. XVII. transscriptus a Gudio. (*Gud. gr.* 91.)

LEX Mamilia *etc. v.* AGRIMENSORES.

509. LIBANII characteres epistolici, graece.

Inc. Ὁ μὲν ἐπισταλτικὸς χαράκτηρ. — Chart. in 4. sec. XVI. medio ab Adolfo Occone exaratus. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

510. — epistolae, graece.

In fine mutilae. — Membr. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 104.)

511. — μέλεται καὶ λόγοι.

Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

512. LIVII decas prima.

Librarius in fine haec subscripsit:

Littera, syllaba, dictio, clausula, pagina, puncta
Vite laborata per Adelfum sint tibi grata.

Membr. in fol. sec. XI. Notitiam hujus codicis ejusque varias lectt. ex libris II. prioribus excerptas dedit Wernsdorfius in Novis actis soc. lat. Jenens. ab Eichstadio editis Vol. I. p. 103 ss. (*Helmst.* 43.)

513. — decas I, III et IV. (ad libri XL. cap. 12.)

Chart. in fol. sec. XV. tribus voluminibus. (*Helmst.* 44—46.)

514. — historiarum liber I, II (cap. 1-44) et XXXI-XL.

Membr. in fol. sec. XIV. Idem est codex, quem Gudius ex fabri aurarii officina sibi vindicasse narrat in epistolis a Burmanno editis p. 9. (*Gud.* 20.)

515. — fragmenta.

Tenent L. III. c. 10—39, particulam capp. 40 et 41, c. 42—45, 61—64. L. IV. particulas capp. 53, 54, 55, 58—61. L. V. c. 1 et 2. cum particula cap. 3. L. XXIX. c. 36—38. L. XXX. c. 1—4. — Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 11.)

516. LUCANI pharsalia.

Cum scholiis marginalibus et interlinearibus, quae bona multa tenent necdum edita sunt. — Membr. in fol. sec. XII. Olim Nic. Gerbelii et Matth. Berneggeri. (41, 1. *Ms. Aug.* fol.)

517. — eadem.

Cum scholiis marginal. et interlin. — Membr. in fol. sec. XIII. (85, 6. *Ms. Aug.* fol.)

518. — eadem.

Mutilus et in L. VI. v. 566 desinens. — Membr. in 4. sec. XII. (8, 6. *Ms. Aug.* 4.)

519. — eadem.

Mutilus. — Membr. in 4. sec. XIV. Olim Ant. Seripandi. (52, 5. *Ms. Aug.* 4.)

520. — eadem.

Mutilus et in medio fere libro VII. desinens. — Membr. in fol. min. sec. XIII. (*Gud.* 86.)

521. — eadem.

Mutilus et in L. IX. v. 293. desinens. Compositus est ex duobus codd. quorum prior sec. XIV. exeunte, posterior sec. XIII. exaratus est. Rescriptus est, cf. Ulphilam Knittelii p. 511. (*Gud.* 227.)

522. — eadem.

Cum glossis marg. et interlin. In lib. IV. desunt v. 40—602. — Membr. in 8. sec. XIII. (*Gud.* 229.)

523. — eadem.

Membr. in 8. sec. XIII. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 325.)

524. — eadem.

Cum scholiis marginal. et interlin. — Membr. in 4. d. 7. Oct. 1472. exaratus. (*Gud.* 178.)

525. — eadem.

Membr. in 8. sec. XIV. (*Gud.* 317.)

526. — eadem.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 334.)

527. — eadem.

Membr. in fol. min. sec. XIII. (*Helmst.* 490.)

528. — eadem.

Membr. in 8. oblong. sec. XIII. olim Bernh. Rottendorfii. In edit. Burmann. audit Rottendorfianus III. Cf. ad VII, 481. VIII, 700. (*Gud.* 190.)

529. — eadem.

Membr. in fol. min. sec. XIII. (*Gud.* 125.)

530. — eadem. Lugd., Seb. Gryphius, 1551, 12. *Impr.*

Collata a Gudio cum cod. ms. Rhemensi et Saugermanensi. (*Gud.* 352.)

531. — eadem. Ex off. Raphéleng. 1605, 16. *Impr.*

Cum variis lectt. e codd. mss. enotatis manu Gudii. (*Gud.* 353.)

532. — eadem. Antw., Plantinus, 1576, 12. *Impr.*

Manus ignota, quam Salmasii esse dicunt, adjecit lectt. varias, literâ *p* notatas. Passim Rutgersii variae lectiones citantur. (*Gud.* 354.)

533. — glossae super Lucanum editae a magistro *Arnulpho* Aurelianensi.

Inc. *Cum in Lucani expositione potius turbet quam eruditat diversitas exponentium.* — Membr. in 4. sec. XIV. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 275.)

534. — glossae eaedem *Arnulphi.*

Membr. in fol. min. sec. XIII. (*Helmst.* 490.)

535. — glossa alia in Lucanum.

Inc. *Hic titulus est Lucani.* — Membr. in 4. sec. XIII. in fine mutilus. (*Gud.* 155.)

536. LUCIANI opera, graece.

Insunt: Περὶ παρασίτου, fol. 3a. Περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν, fol. 12b. Δίκη φωνηέντων, fol. 17b. Ζεὺς τραγῳδός, fol. 19a. Ἱππίας ἢ βαλανεῖον, fol. 29b. Περὶ τοῦ οἴκου, fol. 31a. Μυίας ἐγκώμιον ἢ ἐκφρασις, fol. 35b. Δημώνακτος βίος, fol. 37b. Ζεὺς ἐλεγχόμενος, fol. 42b. Ἔρωτες, fol. 45b. Λούκιος ἢ ὄνος, fol. 58a. Δημοσθένους ἐγκώμιον, fol. 73b. Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, fol. 81a. Ἁρμόνιδες, fol. 84b. Διάλογος πρὸς Ἡσίοδον, fol. 86a. Μακρόβιοι, fol. 87b. Περὶ θυσιῶν, fol. 90b. Περὶ τῶν διψάδων, fol. 99b. Τὰ πρὸς Κρόνον, fol. 101b. Διάλογος ἑταιρικὸς, fol. 103b. Φάλαρις, fol. 104a. Προλαλιὰ ὁ Διόνυσος, fol. 108a. Προλαλιὰ ὁ Ἡρακλῆς, fol. 109b. Περὶ τοῦ ἠλέκτρου, fol. 110b. Περὶ ἀληθοῦς ἱστορίας, fol. 112a. Νεκρικοὶ διάλογοι, fol. 127b. Ἐνάλιοι διάλογοι, fol. 135a. Θεῶν διάλογοι, fol. 141a. Κατάπλους ἢ τύραννος, fol. 149a. Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, fol.

154 a. Ἀπολογία, fol. 156 b. Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον, fol. 160 a. Περὶ τοῦ ἐνυπνίου, ἢ τοι βίος Λουκιανοῦ, fol. 165 b. Ἀλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις, fol. 168 a. Περὶ πένθους, fol. 179 a. Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων, fol. 182 a. Περὶ τῆς ἀποφράδος, fol. 188 a. Θεῶν ἐκκλησία, fol. 195 a. Ψήφισμα ἀγαθῇ τύχῃ, fol. 197 b. Μελετὴ ὁ τυραννοκτόνος, fol. 198 a. Μελετὴ ὁ ἀποκηρυττόμενος, fol. 203 b. Ἑταιρικοὶ διάλογοι, fol. 212 a. Περεγρῖνος, fol. 226 a.

Membr. (intermixtis foliis chartaceis) 233 folior. in fol. min., sec. XV. exaratus. Fuit olim Guarini Veronensis. (86, 7. *Ms. Aug.* fol.)

537. — opera aliquot, graece.

Instint haec: Περὶ μὴ πιστεύειν τῇ διαβολῇ, fol. 1 a. Icaromenippus, fol. 10 a. Alectryon, fol. 18 a. Demosthenis encomium, fol. 28 a. De historia conscribenda, fol. 35 b. Ἑρμότιμα ἢ περὶ αἱρέσεων, fol. 48 a. Menippus s. necyomantia, fol. 68 a. Κυνικός, fol. 73 a. — Chart. in 4. sec. XVI. medio exaratus ab Adolfo Occone medico. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

538. — dialogus inter Alexandrum, Annibalem et Scipionem, lat. per J. Aurispam.

Chart. in 4. sec. XV. (24, 5. *Ms. Aug.* 4.)

539. — Charon dialogus, latine.

Inc. *Quid rides, o Charon.* — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 246.)

540. LUCRETII vetustissimum fragmentum Gottorpianae bibliothecae 800 aut 900 annorum, collatum ad edit. Raphelengii in 8.

Sunt variae lectiones hujus fragmenti, quod continet totum primum librum et partem secundi usque ad v. 464, enotatae manu Marq. Gudii. — Chart. in 4. sec. XVII. (*Gud.* 251.)

541. LUXORII, viri clarissimi et spectabilis, liber epigrammatum.

Inc. *I. Ad Faustum. Ausus post veteres tuis, amice.* Sunt CLX epigrammata, quorum ultimum inscribitur: *De Obeta Donati poetae.* Insunt etiam epigrammata Pomponi, Tuscani, Felicis et alior. Plura eorum edita sunt in Pithoei collect. vett. epigrammatum, et in Burmanni anthol. Lib. I. et III. Cf. de Luxorio s. Luxurio Fabricii bibl. lat. I, 688. III, 284. ed. vet. — Chart. in 4. sec. XVII. a Gudio ex vet. cod. transscriptus et ab eodem passim emendationibus et varr. lectt. instructus. (*Gud.* 187.)

542. LYCOPHRON. Isaaci *Tzetzae* commentarii in Lycophronis Cassandram, graece.

Chart. in fol. min. sec. XV. (*Gud. gr.* 27.)

543. LYSIDIS Pythagoraei epistola.

Inc. *Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἑξανῶν γενέσθαι.* — Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud. gr.* 104.)

M.

544. MACER, *Aemil.* De viribus herbarum.

Membr. in 8. sec. XIV. (55, 5. *Ms. Aug.* 8.)

545. — idem liber.

Membr. in 8. sec. XIII. (60, 15. *Ms. Aug.* 8.)

546. — idem liber.

Membr. in 8. sec. XIII. in fine mutilus. (*Extrav.* 268.)

547. — idem liber.

Chart. in 8. sec. XV. ineuntis. Fragmentum duorum foliorum. (*Extrav.* 275, 2.)

548. — idem liber.

Chart. in fol. a. 1508 exaratus Witebergae per Sim. Steyn. (58, 6. *Ms. Aug.* fol.)

549. — idem liber.

Chart. in fol. sec. XV. in fine mutilus. (*Extrav.* 112, 1.)

550. MACROBII Saturnaliorum libri IV. priores.

Membr. in 4. min. sec. XIII. (*Gud.* 342.)

551. — excerpta ex Macrobio.

Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 253.)

552. — in somnium Scipionis.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 153.)

553. — ejusd. operis L. II. cap. XVI. et XVII.

Membr. in fol. sec. XIV. (*Gud.* 2.)

554. — ejusd. operis L. I. c. 1. 2. et initium tertii.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (*Extrav.* 126, 1.)

555. MALLIUS Theodorus de barbarismo juxta Pompejum.

Inc. *Barbarismus est. Cetera diffinit, quid est barbarismus. Plerumque volumus aliquem reprehendere.* Ab iisdem verbis incipit etiam Pompeji commentariolus in Donatum de barbarismis (p. 417. edit. Lindemann.) Sed in fine differt Mallius, explicit enim sic: *Si peregrinus fuerit, appellatur barbarolexis.* — Chart. in fol. sec. XV. in Italia satis mendose exaratus. (80, 2. *Ms. Aug.* fol.)

556. — caesura versuum.

Inc. *Accentus est anima verborum.* Expl. *in fine tantum trochaeum.* — Membr. in 4. sec. IX. (*Weissenburg.* 86.)

557. — de metris.

Inc. *De metris dubitare neminem arbitror.* Expl. *extiment.* — Membr. in 4. sec. IX. (*Weissenburg.* 86.)

558. MANASSIS, *Constant.*, σύνοψις χρονική κατὰ στίχων.

Ab initio mundi usque ad Nicephorum. Inc. Ἡ μὲν Φιλουλὸς ψύχη ταῖς ὕλαις ἐπιχάσκει. — Chart. in 8. sec. XV., in fine mutilus. (*Helmst.* 1237.)

559. — idem liber.

Chart. in 4. a. 1609 (quem annum Gudius in a. 1660 mutavit) e cod. ms. biblioth. regiae Paris. transcriptus. (*Gud. gr.* 83.)

560. MARCELLINUS. Περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου.

Inc. Τῶν Δημοσθένους. Expl. ὁ Ἀσκλήπιος, — Membr. in fol. min. sec. XIII. exeuntis. (*Gud. gr.* 35.)

561. MARINI Neapol. Πρόκλος ἢ περὶ εὐδαιμονίας, graece.

Chart. in 4. sec. XVII. transscriptus a Gudio. (*Gud. gr.* 78.)

562. MARTIALIS epigrammatum libri XII, xenia, apophoreta.

Membr. in 4. oblong. sec. XIII. (*Gud.* 157.)

563. — epigrammatum libri XIV.

Membr. in 4. a. 1446 exaratus Ferrariae per Theodericum Nicolaum Werken de Abbenbroeck. (19, 26, 1. *Ms. Aug.* 4.)

564. — epigrammatum libri XIV.

Membr. in 4. sec. XV. Olim Ant. Panormitae, qui dono acceperat ab Aurispa. (50, 5. *Ms. Aug.* 4.)

565. — epigrammatum libri XIV.

Chart. in fol. sec. XV. (*Gud.* 94.)

566. — epigrammata. Francof. 1602, 12. *Impr.*

Cum emendatt. autographis Salmasii. (*Gud.* 347.)

567. — epigrammata IV.

Chart. in fol. Ferrariae a. 1461. exaratus. (*Helmst.* 338.)

MATTHAEUS *v.* BLASTARES.

568. MAXIMINIANI carmen de commodis juventutis et incommodis senectutis.

Inc. *Aemula quid cessas finem properare senectus.* Ab aliis Corn. Gallo tribuitur. — Chart. in 4. a. 1471 exaratus. (*Helmst.* 608.)

569. MAXIMUS. Ἐκ τῶν τοῦ Μαξίμου περὶ συντάξεως προσωπίνης καὶ προσώπου,

καὶ μεταβατικῶν καὶ ἀμεβάτων ῥημάτων κατὰ στοιχεῖαν.

Inc. Τὸ σύνταξιν ἀπάρτιζον ῥῆμα. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 20.)

570. — περὶ τῶν μέρων τοῦ λόγου καὶ τῶν τοῦ συντάξεως.

Inc. Περὶ συντάξεως ἡμῖν βουλομένοις διεξιέναι. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 20.)

571. MAXIMI confessoris opera, graece.

Multo plura tenet hic codex praestantissimus scholiisque graecis instructus, quam quae edita sunt a Franc. Combefisio. Quae enim hic dedit in sua editione, implent 103 priora folia hujus codicis, qui etiam in his saepe abit a lectione Combefisii. Quae vero inde a fol. 104a reperiuntur, absunt a duobus tomis operum S. Maximi a Combefisio editis. Primum quidem opusculum ex his ineditis sic inscriptum est: περὶ διαφόρων ἀπορίων τῶν ἁγίου Διονυσίου καὶ Γρηγορίου πρὸς Θωμᾶν τὸν ἡγιασμένον. — Membr. 264 foliorum in 4. sec. XIII. Cf. de eo catal. Gudianum p. 534 sq. (*Gud. gr.* 39.)

MAXIMUS Planudes *v.* PLANUDES.

572. MELA, *Pomp.* De cosmographia.

Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 134.)

573. MENANDRI γνῶμαι.

Inc. Ἀνδρὸς τὰ προσήκοντα γενναίως φέρειν. Expl. ὡς αἰσχρὸν εὖ ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 49.)

574. — περὶ ἐγκωμιῶν.

Chart. in fol. sec. XVI. ineunte Venetiis exaratus. (*Gud. gr.* 14.)

MERCURIUS Trismegistus *v.* APULEJUS.

575. MESSI, *Arusiani*, V. C. Or. Comitis primi ordinis, exempla elocutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone, digesta per literas.

Inc. *Abundans illius rei.* Expl. *Genua advolvebantur. Idem.* Gudius in fronte notavit: *In aliquibus codicibus pro Arusiani M. male irrepsit Cornelii Frontonis.* — Chart. in 4. a Gudio a. 1659 sua manu e ms. cod. transscriptus. (*Gud.* 281.)

576. METHODII λόγος ἀκριβὴς καὶ περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου.

Chart. in 4. sec. XVII. (*Gud. gr.* 99.)

577. — ἡ ἐσχάτη ὅρασις τοῦ προφήτου Δανιὴλ, ἥτις διὰ Μεθοδίου ἐπισκόπου Πατάρων φανερωθη ἡμῖν.

Chart. in 4. sec. XVII. (*Gud. gr.* 99.)

578. MICHAELIS Syncelli λίβελλος περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Edidit Montefalconius in catal. bibl. Coislin. p. 90 sqq. — Chart. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 97.)

579. MOSCHOPULI, *Manuelis*, ἐρωτήματα s. grammatica graeca.

Inc. Τί ἐστι προσῳδία. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 55.)

580. — περὶ τινῶν σημειώσεων ἐν τοῖς τοῦ λόγου μέρεσι.

Inc. Ἰσέον ὡς τῶν ὀνομάτων. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 20.)

581. MUSAEI carmen de Hero et Leandro.

Graece cum vers. lat. prosaica. Accedunt notulae mere grammaticae et elementares. — Chart. in 8. sec. XVI. exeuntis. (*Gud. gr.* 105, 2.)

N.

NEPOS *v.* CORNELIUS.

582. NICOLAI V. ἐπιστολὴ πρὸς Κωνσταντῖνον βασιλέα Ῥωμαίων, ἐκ τῆς λατινῆς μεθερμηνευθεῖσα Φωνῆς ὑπὸ Θεωδώρου τοῦ Γάζη.

Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 18.)

583. NICOLAI Methonensis episc. *πρὸς τοὺς διαζόντας καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος καὶ οἶνος οὐκ ἐστὶ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Inc. *Τὴν μυσικὴν ταύτην.* — Chart. in 4. sec. XVII. transscriptus a Gudio. (*Gud. gr.* 101.)

584. — epitome eorum, quae fusius a Photio dicta fuere de processione Spiritus S., graece.

Bombyc. in 4. sec. XIV. (*Gud. gr.* 102.)

585. NICEPHORI patriarchae Constantinop. *διάσκεψις πρὸς Λέοντα βασιλέα τὸν Ἀρμένιον περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων.*

Inc. *Βασιλεὺς μὲν ἄριστος.* — Chart. in 4. sec. XVII. transscriptus a Gudio. (*Gud. gr.* 91.)

586. NICOMACHI Geraseni *ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς βιβλία β'.*

Inc. *Οἱ παλαιοὶ καὶ πρῶτοι.* — Chart. in 4. maj. sec. XV. cum scholiis graecis marginal. (*Gud. gr.* 36.)

587. NILI *περὶ προσευχῆς.*

Praecit prologus, qui inc. *Πυρέττοντά με τῷ φλεγμῷ.* Opus ipsum inc. *Εἴ τις βούλοιτο τὸ ἀνῶδες.* — Membr. in 4. sec. XI. (*Gud. gr.* 45.)

588. — εἰς τοὺς ὀκτὼ λογισμούς.

Inc. Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος. — Membr. in 4. sec. XI. (*Gud. gr.* 45.)

589. — λόγος ἀσκήτικος.

Inc. Δεῖ τὸν νέον ἀσκεῖν. Praeter initium nil adest. — Membr. in 4. sec. XI. (*Gud. gr.* 45.)

590. — epistola ad Olympiodorum, graece.

Chart. in 4. sec. XVII. transscriptus a Gudio. (*Gud. gr.* 91.)

591. — opuscula aliquot, graece.

Insunt haec: Κεφάλαια διάφορα πρὸς Εὐλόγιον, fol. 46 b. Περὶ παθῶν, fol. 74 a. Λόγος κατὰ ἀπολουθίας κεφαλαίων LXII, fol. 77 a. Ὅροι παθῶν ψυχῆς λογικῆς, fol. 81 b. Νουθεσία κατα ἀλφάβητον, fol. 84 a. Ἑτέρα νουθεσία κατὰ ἀλφάβητον, fol. 84 a. Ἑτέρα νουθεσία, fol. 84 b. Περὶ λογισμῶν, fol. 85 a. Περὶ προσευχῆς, fol. 102 a. Πρὸς Ἀγάθιον μονάζοντα, fol. 118 b. Παραίνεσις πρὸς μονάζοντας, fol. 201 b. Ἑτέρα παραίνεσις, fol. 204 a. Περὶ διδασκάλων καὶ μαθητῶν, fol. 207 b. Περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν, fol. 208 a. Κεφάλαια ἕτερα, fol. 211 a. Παροιμίαι καὶ περὶ φιλοσοφίας ἀσκητῶν, fol. 218 b. Πρὸς Μάγνην διάκονον περὶ ἀκτημοσύνης, fol. 281 a. Κεφάλαια ὠφέλιμα ἐκ τῶν ἁγι-

στολῶν, fol. 332 a. Περὶ τῶν ὀκτὼ τῆς πονηρίας πνευμάτων, fol. 337 a. Παραίνεσις ἤτοι διδασκαλία πρὸς νέους, fol. 346b. Ἐπιστολαὶ διαφόροι (numero LXXXI) fol. 347 a. Παραινέσεις, fol. 368 a. Ἑτέραι παραινέσεις, fol. 371 a. Ἐπιστολὴ Θαλασσίῳ μοναχῷ, νουθασία πνευματικὴ, fol. 373 a. Παραινέσεις περὶ μετανοίας καὶ ἐγκρατείας, fol. 380a. Πρὸς Εὐθάλιον μοναχόν, fol. 380 b. Πρὸς Ἑρμόλαον μοναχόν, fol. 381 a. Ἀγαπητῷ διακόνῳ, fol. 381 a. Ἐκ τῶν ἐπιστολῶν κεφάλαια, fol. 383 a. (Sunt epistolae XXXVII.) Chart. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 97.)

NIPSUS *v.* AGRIMENSORES.

592. NONIUS Marcellus de compendiosa doctrina per literas ad filium.

Membr. in 4. sec. XI. (*Gud.* 96.)

593. — de proprietate sermonum.

Inc. *Senium est taedium et odium.* — Chart. in fol. exaratus d. 17. Maji 1454 Mediolani per Paulum de Vitalibus. (85, 4, 3. *Ms. Aug.* fol.)

594. — idem opus.

Membr. in fol. min., sec. XV. in Italia exaratus, sed valde mutilus. (*Gud.* 103.)

O.

595. OLYMPIODORI Eparchi epistola ad Nilum, *εἰ χρὴ ἐν τῷ νάῳ εἰκονας ἀναθεῖναι*, cum *Nili* responsione.

Chart. in 4. sec. XVII. transscriptus a Gudio. (*Gud. gr.* 91.)

596. OPTATIANI panegyricus dictus Constantino Augusto.

Membr. in 4. sec. XVI. (9. *Ms. Aug.* 4.)

597. OROSII historiarum libri VII.

Membr. in fol. min. sec. XII., ab initio mutilus. Inscriptio operis in hoc cod. haec est: *Incipit textus historiarum Pauli Orosii presb. ad Aug. episcopum contra accusatores temporum Christianorum.* Prima verba libri primi literis aureis et albis in membrana purpuracei s. potius fusci coloris sunt exarata. (*Gud.* 80.)

598. — idem opus.

Membr. in fol. sec. XV. Ad marginem apposuit Gudius collationem codicum Medicei et Marciani, de quibus haec retulit: *Collatus cum Veneto S. Marci scamno III. no.* 15. *et Mediceo S. Laurentii Scamno LXI.* [cf. Bandinii catal. codd. lat. II, 725 ss.] *antiquissimo, literis uncialibus plane iisdem, quibus pandectae. Quae autem in hoc Mediceo deficiebant, postea ex Veneto valde etiam vetusto sunt petita.* (*Gud. lat.* 32.)

599. — idem opus.

In hoc cod. *Ormista* inscribitur. — Membr. in 8. mia. sec. XIII. Quondam monasterii S. Michaelis in Hildesheim. (82, 10. *Ms. Aug.* 8.)

600. — idem opus.

Membr. in 4. maj. sec. XII. (4, 10. *Ms. Aug.* 4.)

601. — super canticum canticorum.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 1102.)

OSTANES *v.* CHRYSOPOEIA.

602. OVIDII heroides.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 161.)

603. — eaedem.

Membr. in 8. sec. XVI. ineunte in Italia exaratus. (*Gud.* 297.)

604. — eaedem.

Membr. in 8. sec. XIV. sed mutilus. (*Extrav.* 260.)

605. — eaedem.

Usque ad XXI, 12. — Chart. in fol. a. 1450 exaratus. (*Helmst.* 336.)

606. — eaedem.

Chart. in 4. a. 1466. exaratus. (*Extrav.* 264, 12.)

607. — Sappho.

Membr. in 8. sec. XV. exeuntis. (*Gud.* 318.)

608. — Sappho.

In cod. omisso Ovidii nomine sic inscribitur: *Saphos poetisse ad Phaonem Siculum foeliciter incipit.* — Membr. in 12. sec. XV. (*Gud.* 342.)

609. — amorum libri III.

Membr. in 8. sec. XV. exeuntis. (*Gud.* 318.)

610. — iidem libri.

In Cod. sic inscribuntur: *Ovidii de incertis titulis liber.* In fine est: *Explicit Ovidius amorum alias sine titulo vel de incertis titulis a. D.* 1466. — Chart. in 4. a. 1466. exaratus. (*Extrav.* 264, 12.)

611. — de arte amandi libri III.

Cum scholis marginal. et interlin. — Membr. in 8. sec. XIV. (*Gud.* 313.)

612. — iidem libri.

Chart. in fol. a. 1450. exaratus. (*Helmst.* 336.)

613. — de remedio amoris libri II.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Gud.* 262.)

614. — iidem libri.

Membr. in fol. a. 1450. exaratus. (*Helmst.* 336.)

615. — de nuce.

Membr. in 8. sec. XIII. (56, 20. *Ms. Aug.* 8.)

616. — de nuce.

Chart. in fol. a. 1450. exaratus. (*Helmst.* 336.)

617. — de medicamine faeci.

Chart. in fol. a. 1450. exaratus. (*Helmst.* 336.)

618. — de pulice.

Membr. in 12. sec. XV. (*Gud.* 342.)

619. — de pulice.

Chart. in fol. sec. XVII. (*Extrav.* 86, 3.)

620. — de philomela.

Chart. in fol. sec. XVII. (*Extrav.* 86, 3.)

621. — somnium.

Chart. in fol. sec. XVII. (*Extrav.* 86, 3.)

622. — metamorphoseon libri XV.

Cum glossis marginal. et interlin. — Chart. in fol., d. 5. Febr. 1470 per manus Conr. Frölich de Kystat finitus. (30, 2. *Ms. Aug.* fol.)

623. — idem opus.

Cum scholiis marginal. et interlin. — Membr. in 4. a. 1276. Aureliae exaratus. (13, 10. *Ms. Aug.* 4.)

624. — idem opus.

Membr. in fol. min. sec. XII. (4, 11. *Ms. Aug.* 4.)

625. — idem opus.

Cum brevibus scholiis marginal. et interlin. — Membr. in 4. oblong. sec. XIII. (13, 9. *Ms. Aug.* 4.)

626. — idem opus.

Cum scholiis marginal. et interlin. Scholia incip. *Quoniam majus opus non prae manibus habemus.* Sequitur prologus elegiaco carmine conscriptus, qui inc. *Parvus majori paret veloxque viator.* — Membr. in 4. maj. sec. XIII. (5, 4. *Ms. Aug.* 4.)

627. — idem opus.

Cum scholiis marginal. et interlin. — Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 159.)

628. — idem opus.

Cum scholiis marginal. et interlin. Scholia inc. *Quum omnis prolixitas fastidium generat.* — Membr. in 4. maj. sec. XIV. exeuntis. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 123.)

629. — idem opus.

Membr. in 8. oblong. sec. XIII. (*Gud.* 194.)

630. — fastorum libri VI.

Mutilus in fine et in L. V. v. 706. desinens. Primum folium est lacerum et ult. pagina fere tota evanuit. — Membr. in 8. sec. XIII. (56, 20. *Ms. Aug.* 8.)

631. — idem opus.

Membr. in 8. sec. XV. exeuntis. (*Gud.* 318.)

632. — idem opus.

Mutilus in fine et desinens in L. VI. v. 557. Passim

adjecta sunt scholia margin. et interlin. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud.* 58.)

633. — idem opus.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 337.)

634. — tristium libri V.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 192.)

635. — de Ponto libri IV.

Cum glossis marginal. et interlin. — Membr. in 4. sec. XIII. Olim Bernh. Rottendorfii. (*Gud.* 228.)

636. — versus de Phoenice ex libris metamorph.

Inc. *Nec tamen ex aliis generis.* — Chart. in fol. sec. XV. (6, 7. *Ms. Aug.* fol.)

637. — de thalamo somni.

Inc. *Est prope Cimmerios longo spelunca recessu.* — Chart. in fol. a. 1461 exaratus. (*Helmst.* 338.)

638. — epitaphium.

Inc. *Cum foderet gladio castum Lucretia pectus.* — Chart. in fol. a. 1461. exaratus. (*Helmst.* 338.)

639. — epitaphium.

Inc. *Hic egó qui jaceo.* — Membr. in 12. sec. XV. (*Gud.* 342.)

640. — de vetula.

Praeit *introitus* s. introductio prosaica, in edit.

Guelferbytana anni 1661 ad calcem rejecta p. 86 ss. In editione tamen perperam legitur *Vatachii principis*, cum in cod. sit *Ratharii*. Fol. 2a sequitur praefatio s. argumentum metricum Leonis Protonotarii: *Ovidius Naso, Peligni ruris alumnus* (in edit. p. 1.) Sed post versum: *Non fuit autentim lectus nec habetur in usu*, in cod. fol. 2b haec etiam nova litera initiali distincta, a prima manu leguntur, quae absunt ab editione:

Singula dum contemplor in hoc descripta libello,
Illum vix possum credere, Naso, tuum.
Concordaret in hoc, nisi fallor, quilibet, a quo
Et tua lecta forent et foret istud opus.
Sed tamen inspiciens, quod nemo pectoris alti
Rem falso vellet intitulare suam,
Praesertim si pulera foret, sicut liber iste,
Dignus laudari plenius ore meo,
Corrigo dicta mea, sicut argumenta Leonis
Historiaeque rata jam mihi digna fide.
Nempe placet mihi non modicum, quod Naso propheta
Sic fuerit Christi, lector et inde satis.

Tum inc. praefatio auctoris: *Quaeritur unde mihi.* Opus ipsum inc. *O quam carus erat*, et expl. *gratia sit nobis et metae nescia vita.*

Membr. 14 foliorum in fol. sec. XIV. Ex hoc cod. emendari multis in locis potest editio Guelferbytana, parum diligenter curata. (82, 7. *Ms. Aug.* fol.)

641. — vetula.

Chart. in fol. sec. XVII. (*Extrav.* 86, 3.)

642. — glossa in Ovidium de arte amandi, ex Ponto et de remedio amoris.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 155.)

P.

643. PAETI epistola ad Artaxerxem, graece.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

644. PANEGYRICI XI. veteres.

Chorum ducit panegyricus Plinii. — Chart. in fol. sec. XV. exaratus in Italia. (*Gud.* 45.)

645. PAPPI Alexandrini συναγωγῶν γεωμετρικῶν βιβλία ξ'.

Inc. Οἱ τὰ ἐν γεωμετρίᾳ ζητούμενα βουλόμενοι. Librum ultimum librarius scribendo non absolvit, sed substitit in verbis: δείκνυσι δὲ ταύτην Ἀπολλώνιος μέν. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 7.)

PARATITLA *v.* JUS.

PAULUS Aegineta *v.* AEGINETA.

PAULUS Diaconus *v.* EUTROPIUS et FESTUS.

646. PAULI Silentiarii carmen de thermis Pythicis.

Cum scholiis graecis. Ex hoc cod. editum in Lessingii Beytraegen I, 150 ss. — Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

647. PEDIASIMI, *Joannis*, ἐξηγήσεις μεραικαὶ εἰς τινα τοῦ Κλημήδους σαφηνείας δεόμενα.

Inc. Κυκλικῆς μὲν εἴρηται. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 5.)

648. — σύνοψις περὶ μετρήσεως καὶ μερίσμου γῆς.

Inc. Πολλοὶ τῶν ἀμύητων. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 8.)

PELAGIUS *v.* CHRYSOPOEIA.

649. PERSII satirae.

Adjecta sunt scholia interlinearia et vita Persii „*de commentario Probi Valerii sublata,*“ quae inc. *Aulus Persius Flaccus natus est pridie nonas Decembris Fabio Persio.* — Membr. in fol. min. sec. XI. (*Gud.* 79.)

650. — eaedem.

Membr. in 4. sec. XIV. bonae notae. (29, 12. *Ms. Aug.* 4.)

651. — Barthol. *Fontii* opera, ad Matthiam Corvinum regem Ungariae.

Insunt haec ejus opera: 1) Thaddeus vel de locis

Persianis. 2) Explanatio in Persium. 3) De mensuris et ponderibus ad Saxettum. 4) Donatus ad Julianum Medicem. 5) Pauli Ghiacetti vita. 6) Oratio in laudem oratoriae facultatis. 7) Oratio in historiae laudationem. 8) Oratio in bonas artes. 9) Oratio in laudem poetices. 10) Oratio de sapientia. 11) Oratio in satyrae et studiorum humanitatis laudationem. 12) Saxettus seu carmina. — De editt. horum operum v. lexicon meum bibliograph. num. 7776 sqq. Burckhardi hist. biblioth. Aug. I, 99 ss.

Membr. in fol. min. 194 folior., sec. XV. elegantissime exaratus in Italia. Olim bibliothecae Budensis. (43. *Ms. Aug.* fol.)

652. PETRONII Arbitri satyricon.

Inc. *Num alio genere furiarum.* Expl. *Et veniet clausum possidet archa Jovem.* — Membr. in 12. sec. XV. (*Extrav.* 299.)

653. PHAEDRI fabulae, lib. I. — IV. fab. 13.

Cum notis Anonymi, prorsus ad editionem paratis. Quis earum fuerit auctor, nescio. Manus certe Gudii non est. Occurrunt in iis hebraica, imo rabbinica, quarum linguarum gnarus fuisse Gudius non videtur. — Chart. in 4. medii fere sec. XVII. (*Gud.* 236.)

654. PHALARIDIS epistolae LIX, graece.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

655. — eaedem latine per Leon. Aretinum.

Adjecta est a viro quodam docto, natione Batavo, varietas lectionis veteris edit. typis excusae. — Chart. in 4. a. 1466 exaratus. (*Extrav.* 264, 12.)

656. PHILARETUS de pulsibus, latine.

Inc. *In praesenti conscriptione.* — Membr. in 4. sec. XIV. (47, 12. *Ms. Aug.* 4.)

657. PHILELPHI, *Franc.*, epistolae XCIII graece.

Datae ad varios viros doctos illius seculi. Insunt etiam VII epistolae Theodori Gazae ad Philephum. — Chart. in 4. sec. XV. ab ipso, ut videtur, Philelpho exaratus. (10, 8. *Ms. Aug.* 4.)

658. PHILOSTRATI vitae sophistarum, graece.

Chart. in fol. min. sec. XV. (*Gud. gr.* 25.)

659. — heroica, graece.

Chart. in fol. min. sec. XV. (*Gud. gr.* 25.)

660. — eadem, graece.

Cum scholiis graecis marginal. et interlin. Man. Moschopuli. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 82.)

661. — iconum libri II, graece.

Chart. in fol. min. sec. XV. (*Gud. gr.* 25.)

662. — iconum libri II, graece.

Cum glossis graecis marginal. et interlin. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 82.)

663. — iconum liber primus, graece.

Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

664. PHOCAE ars de nomine et verbo.

Ap. Putsch. p. 1687 ss. In hoc cod. omni inscriptione caret. — Membr. in fol. sec. XIV. (38, 27. *Ms. Aug.* fol.)

665. — orthographia.

Inc. *De aspiratione dicturi sumus.* In fine est: Τέλος. Γεοργορς (sic) Βαρατουσειος. *Grammatici Focae orthographia finitur per Petrum* (sc. Janizarium). — Chart. in 4. sec. XV. exeunte per Petr. Janizarium exaratus. (*Gud.* 260.)

666. — de graecis dictionibus.

Inc. *Feliciter expositis latinorum nominum.* Expl. *Poema, poematis* (p. 1701 — 1706. Putsch.) — Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (*Gud.* 260.)

667. — de impersonalibus.

Inc. *Quae autem secundae sunt conjugationis.* — Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (*Gud.* 260.)

668. — verba in modis defectiva.

Inc. *Defectiva in modis sunt haec* (p. 1718 ap. Putsch.) — Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (*Gud.* 260.)

669. PHOTII etymologicum magnum.

Uberiorem notitiam v. in catal. Gudiano p. 539. num. 64. — Bombycinus duorum voluminum in 4. maj. sec. XIV. (*Gud. gr.* 29, 30.)

670. — *αἱ ἁγίαι καὶ οἰκουμεναὶ ἑπτὰ συνοδοί.*

Inc. *Ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία συνοδός.* Excerpta sunt ex epistola Photii ad Michaelem Bulgariae principem, ut ex Euthymii panoplia patet, et edita inveniuntur in Justelli biblioth. canon. Vol. II. p. 1141 — 1154. — Chart. in 4. sec. XVII. a Gudio transscriptus. (*Gud. gr.* 92.)

671. — *συναγωγαὶ, ἀποδείξεις ἀκριβεῖς συνειλεγμέναι ἔκ τε συνοδικῶν καὶ ἱστορικῶν συγγραφῶν περὶ ἐπισκόπων, μητροπολιτῶν καὶ λοιπῶν ἱερῶν ἀναγκαίων ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων.*

Graece et lat. prodiit hic libellus studio Franc. Fontanii in novis eruditorum deliciis T. I. Flor. 1785, 8. p. 1 sqq. — Chart. in 4. min. sec. XIII. (*Gud. gr.* 97.)

672. ΠΙΝΑΞ *πάντων βιβλίων τῆς βιβλιοθήκης.*

Est catalogus graecorum codicum bibliothecae cujusdam, graeco sermone confectus, qui num Vaticanae an Marcianae aut Parisiensis bibliothecae sit, inquirant alii. Putaverim tamen, ad Parisiensem bibliothecam illum spectare, cum scriptura eadem fere sit, qua Aug. Vergetium

excelluisse constat. Progreditur per pluteos (τραπέζας), quorum septem sunt. Primus pluteus incipit a Διδύμου σχολίοις εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα. Similis index servatur in biblioth. Rehdigeriana, cf. Krantzii notitiam codicum ejus, Repos. I. num. 12. — Chart. 142 paginarum in 4. maj. sec. XVI. exaratus. (*Gud. gr.* 34.)

673. PINDARI Olympica et Pythica, graece.

Chart. in 4. sec. XVI. ineuntis. Olim C. Dati, qui N. Heinsio dono dedit. (48, 23. *Ms. Aug.* 4.)

674. PINDARI Thebani epitome Homeri.

Membr. in fol. obl. sec. XII. Olim Flacii. (*Helmst.* 349.)

675. — idem liber.

In medio libro mutilus. — Membr. in 8. sec. XIII. (*Extrav.* 301.)

676. PLANUDIS, *Maximi*, libellus arithmeticus, graece.

Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 1.)

677. — carmen anonymum et anepigraphum graecum.

Constat 27 versibus heroicis. Inc. Ἄβλον ἐγὼ ἐμόγησα πανέξοχον. — Chart. in fol. min. sec. XV. (*Gud. gr.* 26.)

678. PLATONIS Timaeus, lat.

Membr. in 8. sec. XIII. (56, 20. *Ms. Aug.* 8.)

679. — idem liber, lat.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 153.)

680. — idem liber, lat. cum commentario Chalcidii.

Membr. in fol. min. sec. XII. (*Gud.* 116.)

681. — ejusdem libri fragmentum, lat.

Membr. in 8. sec. XIV. (*Extrav.* 163.)

682. — Phaedon, latine.

In fine mutilus. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud.* 246.)

V. etiam THEON. — Codex graecus chartaceus Cratyli, qui olim adfuisse dicitur, nunc quidem nullibi apparet.

683. PLAUTI Amphitruo, Asinaria, Aulularia, Captivi, Curculio, Cassina, Cistellaria, Epidicus.

Membr. in 4. sec. XV. (*Gud.* 141.)

684. — eaedem comoediae VIII.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 335.)

685. — comoedia in minori Amphitrione incipit.

Medio aevo carmine elegiaco conscripta. Argumentum inc. *Graecorum studia nimium diuque secutus.* Prologus inc. *Carmina composuit voluitque placere poeta.* Comoedia ipsa inc. *Ardet in Alcmenam Saturnius atque beatum.* — Chart. in fol. sec. XV. exeuntis. (*Helmst.* 190.)

686. — Querolus, transscriptus ex ms. cod. Rhemensi antiquo manu Sam. Sciassii.

Chart. in 8. (olim *Gud.* 349.) Parisios migrare jussus est, unde loco ejus callido consilio rediit editio Queroli typis Commelinianis excusa a. 1595.

687. — comoediae. LB., Raphelengius, 1589, 12. *Impr.*

Collatae cum mss. a Casp. Scioppio, qui in titulo haec notavit: *Collatus cum duobus antiquissimis mss. Camerarii, quorum unus integer etiam Querolo addita, alter VIII. prioribus comoediis caruit, quae postea collatae sunt cum ms. Eystadiensi. Et quibus adscripsi varias lectiones ex III mss. Car. Langii.* (In auctt. classicis latinis typis excusis.)

688. PLINII maj. caput de Phoenice, ex historia naturali.

Chart. in fol. sec. XV. (6, 7. *Ms. Aug.* fol.)

689. — idem caput.

Membr. in 4. a. 1434. exaratus. (*Gud.* 240.)

690. — idem caput.

Membr. in fol. sec. XV. (*Gud.* 14.)

691. — excerpta ex ejus capite de agricultura.

Chart. in 4. sec. XV. medii. (54, 9. *Ms. Aug.* 4.)

692. — *Roberti* Crikeladensis defloratio naturalis historiae Plinii, lib. I. — III.

